¿
<pb>
<hd>

<pb>
<hd>
<h>_COMMENTARII_</h>
<h><red>COLLEGII</r></h>
<h>CONIMBRICENSIS</h>
<h><red>E SOCIETATE IESV,</r></h>
<h>_IN VNIVERSAMDIA_
_lecticam Ari$totelis Stagiritæ_</h>
<fig>
<fig>
<h><red>MOGVNTÆ.</r></h>
<h>In Officina Tipographica Ioann Albini.</h>
<h><red>_M. DC. VI._</r></h>

<pb 1><rh>_COMMENTARII_</rh>
<h>COLLEGII</h>
<h>CONIMBRICENSIS</h>
<h>E SOCIETATE IESV,</h>
<h>_IN VNIVERSAM DIALECTIC AM_
_Ariftotelis Stagirit@._</h>
<h>ARTES A QVIBVS, ET QVO
tempore inuentæ fint.</h>
<p>ARTES QVIPRIMO INVE NERINT,
<mgr>_Græci ar-_
_tes $e inue-_
_ni$$e, gloriã_
_tur._</mgr>
fuit à multis $æpè dubitatum, Græci vt $apien
tiæ nomen, at\'q ; famam $ibi tanq@am propriã
vendicabant, ta earum fe inuentores fui$$e
gloriabantur. Contraverò Chaldæi multis $æ-
<mgr>_Idem de $e_
_prædicant_
_Cbaldæi._</mgr>
culis antequan Græcia vel di$cere, veldoce-
re cæpi$$et, apud $e magnarum rerum $cientiã
extiti$$e prædicabant. Certè quòd olim non
apud Græcos tantùm $apien@ia floruerit, &
quòd non pauc ex ijs, quos antiquitas ob $in-
<mgr>_Multos ex_
_barbaris tã_
quam pri-
_mosearum_
inuentores
antiquitas
vene@@ta

e$t._</mgr>
gularis doctrinæ nomen tanquam primo $cientiarum parentes venera
ta e$t, magna ex parte de barbaris fuerin, $atis con$tat: quandoquidem,
vt alios prætereamus Thales natione Phœnix erat; Mercurius, Ægypti-
us; Zoroa$tes, Per$a; Atlas, Libycus, $eu Phryx Anach@r$is, S<gap>yta; P@e-
recydes, Scyrus: vt planum fit quemadmodum in alijs, ita & in eo delita$
$e Epicurum, quòd dixerit neminem ni$i Græcum idoneum e$$e ad phi-
lo$ophandum. Et verò multa Græcos ab externis didici<gap> $tantur gra
<mgl>_Eu$eb._
_Cyril._
_Clem._
_Iu$t._
_Io$epb._</mgl>
ui$simi auctores, Eu$ebius lib. _9_. & 10. de præparatic <gap> angelica, Cy-
<mgr>_@ræci m<gap>_
_ta ab <gap>_
_d<gap>rut._
<gap>
<gap>
<gap>
<gap>
<gap></mgr>
rillus lib. 1. contra Iulianum, Clemens 1. Stromat<?>@n, In<?>@tinus mattyr in
parænefi ad gentes, Io$ephus duob<^>9</^> libris côt@a Appion\~e, & alij. Verùm
$i æqui rerum æ$timatores ef$e voluerimu@, neque à Græcis, neque à bar
baris ingenuas artes primò inuentas e$le, $ed multò antiquiorem, nobi
liorem\'q ue earum originem fui$$e $tatuemus. Etenim rerum procreator
Deus in ip$o mundi na$centis exordio primis humani generis parenti-
bus inter alia naturæ, gratiæ\'q ue dona præclaram non diuinarum tant\~u,
$ed @umanarum, naturalium\'q ue rerum cognitio@\~e ac<?>tribuit. Nec enim
<gap>at tantæ familiæ principes, & autores animum qua$i tabulam nu-

<pb 2><rh>PROOEMIVM</rh>
dam vtinos, $ed diuini artificis manu adornatam, & intelligibilium re-
rum imaginibus, luminibus\'q ue $cientiarum ad omnem pulchritudinis
excellentiam & varietatem perpolitam accipere. A Deo igitur, vt à pri
mo fonte, tùm ab Adamo ad eius filios, ac po$teros ingenuæ artes pro-
manarunt, tandem\'q ue longa annorum $erie, vt ex veterum $criptorum
monumentis liquet, ad Hebræos, ad Chaldæos, ad Ægyptios, ad Græ-
cos, ad Italos, alias\'q ue orbis terræ nationes deriuatæ $unt. Hinc A$$y-
riorum, & Per$arum Magi, Ægyptiorum $acerdotes, Bactrianorum Se-
manaei, Indorum Bragmanes, & Gymno$ophi$tæ, Gallorum Druydes,
Græcorum $apientes, Latinorum doctores, alij\'q ue præcipua $cientiæ
laude cumulati floruerunt.</p>
<p>Neque huic quam dicimus, qua$i hæreditariæ $cientiarum à primis
mundi originibus ad con$equentes ætates trã$mi$sioni ob$tat, quòd nõ
nulli vti primi artium inuentores celebrentur. Nam cum pleræ\'q ; ear\~u,
iniuria temporum, vel hominum indiligentia, non $olum pri$tinum $pl\~e
dorem ami$i$sent, $ed vel omnino, vel propemodum extinctæ e$$ent; fuè-
re aliqui ingenio præ$tantes viri, qui eas ab interitu vindicar\~ut, aut no-

uis inuentis illu$triores fecerunt, quibus proinde earum inuentìo a$cri-
pta fvit, $ic Dialecticæ inuentorem Zenonem Eleatem, naturalis Philo-
$ophiæ Thaletem Mile$ium, di$ciplinæ moralis Socratem, A$trologiæ
Atlantem, aut quo$dam alios fni$$e memoriæ proditum e$t. Quod $i de
ijs etiam artibus, quæ in extremo opere faciundo ver$antur, loqui ve-
limus, con$tat earum nonnullas quondam pror$us ignotas po$teriori
bus $eculis fui$$e inuentas, vt Chalcographicam, & eam quæ puluerem
tormentarium inuexit.</p>
<p>Quoniam autem veteres dum ingenuarum artium, $tudijs, a$siduo\'q ;
labore abditam, ac latentem inquirebant veritatem, nõ vnà omnes in-
$titerunt via, nec eadem dogmata, eo$demvè magi$tros $ecuti $unt, $ed
partium contentione di$tracti in varias $ectas, & qua$i familias abiere:
nequaquã fuerit ab in$tituto a ienum huiu$modi $ectas, earum\'q ue prin
cipes, & $ucce$$ores paucis coligere, & $ub vno qua$i a$pectu colloca-
re, vt quoniam harum rerum in philo$ophiæ curriculo frequens fit m\~e-
tio, iam hinc auditoribus conpicuæ, notæ\'q ue $int.</p>
<h it><gap> aecur$u<?> temporum <gap> artes, @bilo$opbiamque profe$si
$unt, atque in primis de Italica, & Ionica,</h>
<mgl>_@@ quo $e-_
_@@e pbilo$o_
_@@@rum @p_
_pella@@@@_
_fuerint $@@_
_@itæ._</mgl>
<p>PHILOS PHORVM $ectæ, vt Ammonius in procemio ad categori
<mgr>_Ammon._</mgr>
as Arifto <gap> colligit, à varijs rebus appellationem $ortitæ fue-
runt. Agymna$io, vt Academici, & Stoici: ab actione aliqua, veluti
à deambulatione, vt Peripatetici: à magi$tro, vt Pythagoricià Pythagoræ<?>
ab illius patria, vt Cyrenaici à Cyrene patria Ari$tippi: à genere vitæ,
vt Cynici, ita nuncupati quòd e$$ent in cauillis more canum mordaces
cõtra vitia: à fine Philo$ophiæ Hedonici, hoc e$t, voluptarij, vt Epicuræi:
à modo iudicandi, vt Ephectici, Sceptici, & Pyrrhonij, id e$t inhibitores,
quæ$itores, atq; ambigentes, qui omne de rebus iudicium inhibebant, ni-
hilque cõ$tituebant, $ed in quærendo, & con$iderando $emper ver$a@@n-<?>
@ur, ac de omnibus ambigebant. Hæc de $ectarum nominibus.</p>

<pb 3><rh>PROOEMIVM,</rh>
<p>Deinde $ciendum duas præcipuè extiti$$e $ectas veterum Philo$opho-
<mgl>_D. Aug._
_Plut._</mgl>
<mgr>_A duabus_
_prœcipuè$e_
_ctis cœterœ_
_promana-_
_runt._</mgr>
rum, à quibus c{ae}ter{ae} propagat{ae} funt, vt Diuus Augu$tinus. 8. de Ciuitat.
Dei, cap. 2. Plutarchus lib. 1. de placitis, cap. 3. alij\'q ue auctores referunt.
Italic{ae} caput fuit Pythagoras, qui incredibili ad $cientiam $tudio inci-
tatus, po$tquam PherecydiScyro inter $apientes $ui temporis magni no-

minis, & auctoritatis Philo$opho operam dedit, di$cendi caafa longi$si-
<mgr>_Italicæ ca-_
_put fuitPy_
_thagor._</mgr>
ma terrarum $ola peragrauit, donec cunctis ferè barbaris, Gr{ae}ci$\'q ue
my$terijs initiatus deuènit in eam partem Itali{ae}, qu{ae} magna Gr{ae}cia di-
cta e$t, delecta\'q ue fede apud Crotoniatas magno auditorum concur$u,
& nobilitate Philo$ophiam docuit, $uam\'q ue familiam à $e Pythagoricã,
à regione Italicam appellauit. De illius {ae}tate mira e$t inter $criptores
<mgr>_De illius æ_
_tate non cõ_
_uenit._</mgr>
di$$en $io. Ex ijs tamen, qu{ae} maiori cum probabilitate $cripta ab eis $unt
<mgl>_Clem. Al._
_D. Aug._
_Liu._
_Dion. Ali._</mgl>
colligi po$$e videtur, florui$$e illum eo tempore, quod inter $exage$imã
& $eptuage$imam Olympiadem interiectum fuit. Qua d<?>ere Clemens Ale
xandrinus 1. lib. Stromat. D. Augu$tinus 18. de Ciuitate Dei, cap. 37. Li-
uius 1. lib. decad. 1. Diony$ius Halicarna$$eus lib. 2. Sectatores Pythago-
<mgr>_Sectatores_
_Pythagor_
_numeran-_
_tur._</mgr>
r{ae} numerantur Thelauges eius filius, Empedocles, Epicharmus, Archy-
tas Tarentinus, Alcmæo Crotoniates, Hippa$us Metapontinus, & Philo-
laus. Quod verò ad fect{ae} deriuationem attinet, ea $ic habuit: Pythagor{ae}
$ucce$sit Thelauges filius, huic Xenophanes, cui Parmenides, Parmeni-
di Zeno Eleates, Zenoni Leucippus, & Democritus, Democrito alij com
plures, inter quos Nau$iphanes, & Naucides, quibus deinde Epicurus.
Aduerte autem quo$dam Eleaticam $ectam $ub Thelauge Pythagor{ae} fi-
lio di$tinguere ab Ionica, vt tertiam; quo$dam eam $ubijcere Italic{ae}. De
grege Epicur{ae}orum nihil in pr{ae}fenti dicemus, quòd ij non tam Philo$o-
<mgl>_D. Hier._</mgl>
phi, quàm φίλοσωμαιοϊ, $iue, vt D. Hieronymus ait, Philo$ophorum pe-
<mgr>_Epicurœi_
_non tã phi-_
_lo$ophiquã_
_philo$opho-_
_rum pecu-_
_des._</mgr>
cudes fuerint: $iquidem in vna corporis voluptate $ummum hominis bo
num con$tituerunt, Dei prouidentiam, atque animorum immortalita-
tem negarunt, at\'q ue adeo indigni $unt, qui inter Philo$ophos numeren-
<mgl>_Leand._
_Herod._</mgl>
tur.</p>
<p>Ionic{ae} famili{ae} auctor fuit Thales, vt Leander, & Herodotus referunt,
patria Phœnix, vt alij veriùs exi$timarunt, Mile$ius à Mileto Ioni{ae} vrbe

<mgr>_Ionicœ fa-_
_miliœ au-_
_ctor fuit_
_Thales._</mgr>
nobili$sima, Hic (vt ex Tatiano refert Eu$ebius de Pr{ae}parat. Euangel.
<mgl>_Eu$eb._
_Ari$t._
_C<?>lem. Al._</mgl>
cap. 3.) $eptem $apientum primus fuit, &, vt credidit Ari$toteles 1. Me-
taphy$ic. cap. 3. Philo$ophiam naturalem primus inuènit. Floruit circa
Olympiadem quinquage$imam, vt affirmat Clemens Alexandrinus li-
<mgr>_Primus $e-_
_ptem $api\-e_
_tum._
_de illiut<gap>_
_tate<gap>_
_<gap>i ei $uc-_
_<gap>$$erint._</mgr>
bro primo Stromatum. Ei verò ordine $ucce$$erunt Anaximander, Ana-
ximenes, & Anaxagoras Clazomenius. Qui ex Ionia $cholam Athenas
traduxit, habuit\'q ue $ucce$$orem Archelaum Socratis pr {ae}ceptorem,
Socratis, quem oracula Pythi{ae} $apienti$simum iudicarunt. Nobiles in-
primis auditores fuerunt Ari$tippus auctor $ect{ae} Cyrenaic{ae}, Anti$tem-
nes Cynic{ae}, Plato Academic{ae}.</p>
<h>_De Academicorum, & Stoicorum $ecta._</h>
<p>ÆTATE Platonis, qu{ae} inter Olympiadem octoge$imam octauã,
<mgr>_@uo tempo_
_<gap>e Platoflo_
_<gap>uerit._</mgr>
& cente$imam octauam fuit, multi in omni $cienti{ae} genere pr{ae}-

<pb 4><rh>ROOEMIVM.</rh>
$tantes viri extiterunt. In hi$toria Xenophon: in A$trologia Eudoxus: in
<mgl>_Qui eius œ-_
_quales._</mgl>
Rhetoric{ae} arte I$ocrates: in Pythagorica philo$ophia Architas Taren-
tinus: in Cynica Diogenes. Ip$e verò Plato inter c{ae}teros qua$i clari$si-
<mgl>_Eius lau-_
_des._</mgl>
mum lumen omnium $cientiarum $plendore longè late\'q ue micuit. Cer-
tè orationis copia, & fuauitate tãta fuit, vt te$te Cicerone. de claris ora
<mgr>_Cicer._</mgr>
toribus, dictum à quibu$dam fuerit, Iouem, $i græcè loqueretur, non alio
quam Platonico $ermone v$urum: quod ei prænuntia$$e apes vi$æ $unt,
cum in eius infantis ore con$ederunt. Præterea tam multa, tam\'q ue re-
condita de diuinis rebus $crip$it, vt facilè appareat, quod quidam au-
ctores prodiderunt, illum $acra volumina adhibito interprete euolui$$e,
<mgr>_Clem. Ale._
_Eu$eb._</mgr>
<mgl>_Sacram pa_

_ginam euol_
_uit._</mgl>
& ex ijs fontibns hortulos $uos irriga$$e. Refert enim Clemens Alexan-
drinus lib. 1. Stromatum, & Eu$ebius lib. 9. cap. 3. de præparatione Euã-
gelica Ari$tobolum Iud{ae}um cognomento Peripateticum commentarijs
in libros Mo$is, quos à $e editos ad Regem Ægypti Ptolem{ae}um Philome-
tora mi$it, affirma$$e $cripta Mo$is ante Alexandrum & Per$arum impe-
rium in Græcam linguam fui$$e traducta, ea\'q ue à Pythagora, & Platone
e$$e lecta. Plato igitur in Academia, quod nemoro$um $uburbanum fuit
ab Athenis mille pa$$us di$tans, Philo$ophiam docuit; vnde eius audito-
<mgl>_Eius $ucce$_
_$ores._</mgl>
res à lo co Academici dicti $unt. Succe$$ores habuit Xenocratem, Pale-
monem, Crantorem, Cratetem. His placuit di$simulare $cientiam, nul-
li\'q ue rei inter di$putandum pugnaciter adhærere. Secutus deinde e$t
Arce$ilas Pitaneus Cratetis di$cipulus, mediæ, $eu nou{ae} Academi{ae} in$ti-
<mgl>_Arce$ilas_
_cur ignorã_
_tiœ magi$t._</mgl>
tutor, quem iure optimo Lactantius lib. 3. cap. 5. ignorantiæ magi$trum
<mgr>_Lactant._</mgr>
appellauit; primus enim palam in Academia negauit e$$e quicquã, quod
$ciri po$$et; po$t Arce$ilam nonnullis interpo$itis floruit Carneades Cy-
renæus, qui alterius Academiæ, nempe terti{ae} caput à nonnullis fui$$e
perhibetur, quòd partim cum Arce$ila, partim cum P$eu$ipppo $en$e-
rit.</p>
<p>Stoici etiam à loco nomen habuere, \'αποτ\~ης σο@ς, id e$t, à porticu.
<mgl>_Stoicivnde_
_nomen $or-_
_titi._</mgl>
Fuit enim Athenis porticus con$picua varietate, à Polignato depicta,
quò ij conuenire ad di$putandum con$ueuerant. Sect{ae} huius auctor Ze-
no, à Cittico Cypri oppido Citticus appellatus; annis octo & quinqua-
ginta $cholæ præfuit, tanta apud Athenien$es auctoritate, vt illum aurea
<mgl>_Inter Aca_
_demicos, et_
_Stoice<?>s gra_
_ue di$sidi\~u._</mgl>
corona, & ærea $tatua ornarint. Extitit autem inter Academicos, & Stoi
cos graue, perpetuum\'q ue di$sidium. Illi enim adeò erant in di$putando
ver$atiles, vt in $ola leuitate, & incon$tantia per$i$terent. Hi contra mul
ta paradoxa mordicùs tenuerunt, multa magis in opinata, quàm Poetæ
a$$euerarunt, nulla\'q ue in re mediocritatem tenentes, omnia ad nece$si-
tatem, $eueritatem\'q ue reduxerunt. Po$t Zenonem, inter alios, in$ignes
<mgl>_<gap>hes_
_maior<gap>-_
_tium St<gap>-_
_cus._</mgl>
fuère Stoici Cleanthes, quem maiorum gentium Stoicum Cicero appel-
<mgr>_Cicer._</mgr>

lat, Diogenes Babylonicus, Chry$ippus Appollonij filius, Dialecticæ lau-
de in$ignis, & infinitorum librorum $criptor, qui Stoicorum porticum
humeris $uis f<?>ulcire, ac $u$tentare dictus e$t; item Panætius, quem Cice-
ro in libris officiorum $e imitari profitetur. Deinde iam Nerone impe-
rante, Seneca Philo$ophus, eius præceptor, & Epictetus ex Hierapoli
Phrijgiæ vrbe oriundus, cuius tantæ apud omnes vitæ admiratio exti-
tit, vt Lucianus Syrus Epitecti lucernam fictilem tribus drachm@rum
millibus ob eius auctoritatem veni$$e tradat.</p>

<pb 5><rh>PRO OE MIVM,</rh>
<h it>De Peripateticorum fecta, & ingenio, doctrina\'q ue Ari$iotelis.</h>
<p>PERIPATETICORVM caput, & princeps fuit Ari$toteles, Ni-
<mgr>_Peripateti_
_corum ca-_
_put Ari$t._
_Quo tempo_
_reflorueris<?>_</mgr>
comachi filius, ex Stagira Macedoniæ oppido, vnde Stagirites e$t
appellatus. Natus fuit anno circiter trecente$imo octoge$imo pri-
mo ante partum Virginis. Agens verò annum ætatis $uæ decimum $epti-
mum, cum priùs triennio Socratem audiui$$et, in Platonis di$ciplinam
$e dedit, & in eius Gymna$io circiter viginti annos ver$atus e$t. Deinde
ex legatione, cum qua ad Philippum regem ab Athenien$ibus mi$$us fue
rat, reuer$us; cum $e ab$ente Academic{ae} $cholæ pr{ae}fectum fui$$e Xeno-
cratem videret, Lyc{ae}um elegit, in quo Philo$ophiam doceret. Quia verò
<mgr>_Ambulan_
_do di$puta-_
_bat._</mgr>
di$cipulorum turba circunfu$us in ambulando di$putabat, Peripateti-
cus ip$e, eiu$\'q ue $ectatores Peripatetici dicti $unt. </p>
<p>De Ari$totelis admirabili ingenio, & in rebus vel inueniendis, vel iu-
<mgr>_Encomia_
_Arift._</mgr>
dicandis, vel di$ponendis acumine, de $ingulari $tudio $apientiæ, de ab$o
luta in omni doctrinæ genere perfectione multa $unt apudScriptores en
comia. Illum Plato nunc Anagno$tem vocabat, quòd in veterum Pilo$o-
phorum lectionem indefe$$o $tudio incumberet: nunc veritatis Philo$o-
phum: nunc Academiæ mentem. Ingre$$us enim aliquando gymna$ium,
c\~u non ade$$et Ari$toteles, dixi$$e fertur, απεσιτ\~κ<?>ς \'υλνθετας φιλοσοφΘ
id e$t abe$t veritatis Philo$ophus. Deinde cum iterum abe$$et, dixit. ουκ
γλθεν\~υς, id e$t non venit mens. De eodem Quintilianus. Quid, inquit,
Ari$totelem? quem dubito $cientia rerum, an $criptorum copia, an elo-
quendi $uauitate, an inuentionum acumine, anvarietate operum clario-
rem putem? Plinius verò nunc eum $ummum in omni $cientia virum, n\~uc
virum immen$æ $ubtilitatis appellat. I am Auerroes eum ait velut exem-
plar quoddam propo$itum, in quo quant\~u m\~es mortalium capere queat,
quant\~uque humano ingenio progredi fas $it, intelligere, & admirari ho-
mines po$sint. Pau$anias lib. 6. $tatuam illi dedicatam fui$$e $cribit, quã
<mgr>_Illi $tatua_
_erigitur_.</mgr>

& ip$e præceptori $uo Platoni erigendam curauerat.</p>
<p>Succe$$ère Ari$toteli nobiles Peripatetici, præter alios Theophra$tus, Strato Lamp$acenus cognomento Phy$icus, Demetrius Phalereus, Hieronymus, Cratippus, Boetus, atque alij varijs temporibus. Habuit quo-
<mgr>_Illius $uc-_
_ce$$ores_.</mgr>
que idem egregios interpretes Alexandrum Aphrodi$æum, Porphyri\~u, Themi$tium, Simplicium, P$ellum, Ammonium, Plutarch\~u, & Philopon\~u.
<mgr>_Interpre-_
_tes Græci_.</mgr>
Ex his, vt cæteros prætereamus, Alexander, qui $ynchronos fuit Iu$tini martyris, & Galeni medici, omnes pene Ari$totelis libros expo$uit tanta auctoritate, vt nemo Ari$totel{ae}us haberetur, qui nõ e$$et Alexandr{ae}<^>9</
^>.
Latini etiam commentarijs Ari$totelis opera egregiè illu$trarunt, Seuerinus Boetius, quem $ancti Benedicti ætate vixi$$e, & cum eo amicitiã habui$$e con$tat; Deinde Auerroes, qui ob diligentem explanationem
<mgr>_<gap>am La-_
_@@i_.</mgr>
Comm\~etatoris nomen habuit, po$tea Mag. Albertus, $ubin<?>de $chola$ticæ Theologi{ae} princeps D. Thomas.</p>
<p>Illud verò Ari$totelem maximè commendat, ei\'q ue gloriam conciliat immortalem, quòd aliorum Philo$ophorum $ectis pene iam extinctis, ac $epultis, Peripatetica familia in dies augeatur, & efflore$cat, eiu$\'q ; doctri
<gap>n $olùm ij, quibus non d\~u c{ae}le$tis di$ciplin{ae} lum\~e afful$erat, $ummo

<pb 6><rh>PRO OE MIVM.</rh>
olim $tudio amplexi fuerint, $ed etiam multis iam ab hinc $eculis, & Phi lo$ophi, & Theologi doctores diuinæ fidei $plendore illu$trati, in maximis, & graui$simis quæ$tionibus explicandis, neque tantum in Phy$icis & dialecticis, $ed etiam in moralibus, & diuinis frequenter v$urpent.</p>
<p>Quæri aut\~e $olet, cur tãtus philo$ophus, cui nec ingenij vis, nec orationis copia, ad res, quas animo comprehenderat, dilucidè explicandas, deerat: cur, inquam, $æpe adeo ob$curus $it, vt vix intelligi queat: pr{ae}$ertim in ijs libris, quos Acroamaticos vocant, qui grauioris doctri næ, & operæ limatioris $unt? Sciend\~u igitur ante Ari$totelem duas fui$le ob$curandæ Philo$ophiæ rationes: vnam eorum, qui poeticè, alteram eorum, qui Hieroglyphicè philo$ophati $unt; quor\~u illi fabulis, hi ænigmatis, & figuris ingenuarum artium dogmata, & naturæ arcana obtexerunt. Quod (vt Philo Iudæus in libro, qui in$cribitur, quod omnis
<mgr>_Philo in l._
_quod om-_
_nis, & c. &_
_Laertiusin_
_Pythag_.</mgr>
probuɛ $it liber; & Laertius in Pythagora annotarunt) eo con$ilio ab illis fiebat, ne my$teria philo$ophiæ vulgo, & imperitæ multitudini in contemptum venirent; tum præterea vt tarda ingenia, & ad philo$ophã dum inepta ab eorum $tudio, ad res alias con$ectandas remouer\~et. Ho-

rum in$titutum cum Ari$toteli non di$plicui$$et, aliam tamen celandi
viam ingre$$us e$t. Itaque Hippocraticam breuitatem $ecutus Acroa-
matica pre$$o, & cõci$o $tylo, & ob eã cau$ã ob$curo cô<?>$crip$it. Nonnun
quam etiam quantò $unt difficiliores controuer$iæ, tantò ob$curiùs di$
putat, quia cum non $atis compertum haberet, pro qua parte veritas
$taret, vt erat $olerti & prouido ingenio, $ententiam $uam verbor\~u per-
plexitate, data opera inuoluebat. Ad has cau$as ob$curitatis, ali{ae} quoq;
acce$$erunt. Namque Ari$totele vita functo eius libri diu terra info$si
iacuerunt: vnde putredine multis in locis corro$i cum educti e$$ent, ea
loca arbitratu $uo quidam Appellicon Teius perperam $uppleuit, atque
<mgr>_Strabo 13-_
_lib. Geogr_.</mgr>
emendauit. Qua de re Strabo tertio decimo libro $uæ Geographiæ ita
$crip$it. Ari$toteles, & bibliothecam, & $cholam reliquit Theophra$to,
primus\'q ue omnium, quos $cimus, libros congregauit, & Ægypti reges
bibliothec{ae} ordin\~e docuit. Theophra$tus verò eam tradidit Neleo, Ne-
leus eã Scep$im detulit, ac po$teris dedit, hominibus $anè imperitis, qui
libros inclu$os, ac negligenter po$itos tenebant. Cumque Attalicor\~u
regum, $ub quibus erant, $tudium $entirent conquirendorum librorum
ad in$truendam eam bibliothecam, quæ Pergami erat, eos in fo$$a qua-
dam $ub terra occuluerunt, quos & tineis, & humiditate labefactos, tan-
dem, qui ex eo genere erant Appelliconi Teio tradiderunt, magno em-
ptos argento; Appellicon, vt qui magis librorum e$$et $tudio$us, quàm
$apientiæ, volens corro$iones emendare, eos tran$cribendos dedit, $cri
ptura non rectè $uppleta. Quapropter libros edidit erroribus plenos.
Hæc Strabo. Auxère etiam Ari$totelis ob$curitatem latinæ ver$iones.
Quidam enim dum nimis $crupulo$è verbum ex verbo reddunt, & græ-
cam phra$im æmulantur, eas tenebras Ari$toteli offundunt, vt neq; græ
cè, neque latinè loqui videatur, & interdum vix percipi queat. Alij aut\~e,
nimia in conuertendo libertate v$i, dum paraphra$tem potiùs, quã in-
terpretem agunt, & verborum lenocinia, ac dicendi ornatum $equ\~utur,
extra chor\~u vagantur, & ab Ari$totelis $ententia procul abeunt, vt pro-
pterea, qui horum adhærent ver$ionibus, in Ari$totele à repug<gap>
vendicando multum operæ in@umant.</p>

<pb 7><rh>QVÆSTIO I. ARTICVL. L</rh>
<h it>QVÆSTIOI.</h>
<h it>Vtrum ars probè definiatur à Pbilo$ophis?</h>
<h>ARTICVLVS I.</h>
<h it>Vnde bomini ars v<?>enerit?</h>
<p>NO N defuère, quinaturam grauiter incu$arint, quod c\~u cæ-
teris animantibus indumenta, & arma $ponte $ua contule-
rit, hominem nudum, & inermem procrearit, $ed eam cal\~u-
niam $apientes viri diluerunt vel eo argumento, quod illum
qua$i defectum natura aliunde compen$arit, dum homini ra
tionem, manum\'q ue tribuit: illam ad excogitandum, hanc qua$i com-
mune in$trum\~etum ad conficiendum opus: id, quod auctor librorum de
<mgl>_Au@tor li._
_de fecretio_
_ri$ap._

_Ariftotel._
_Plato._
_Lactant._
_Galenus._
_Anaxag._
_apud Plu-_
_tb._
_Seneca._</mgl>
$ecretiori $api\~etia $ecund\~u Ægyptios lib. 12. c. 2. Ari$toteles lib. 4. de par
tibus anim. cap. <sc>IO</sc>. Plato in Protagora, Lactãtius in lib. deOpificio Dei,
cap. 2. Galenus initio libri primi de v$u partium: Anaxagoras apud Plu
tarchum in libello de fortuna, Seneca lib. 2. de officijs, cap. 29. alij\'q ; au-
ctores annotarunt.</p>
<p>At non ob id tantùm natura homini rationem, & intellig\~etiam dedit,
vtilla ad tuendam vitam $ub$idia compararet; $ed multò magis vt ani-
<mgr>_Ad quid_
_ratio bomi_
_ni data?_</mgr>
mum diuino $atu editum præ$tanti rerum notitia excoleret, atqueita
ad De\~u, cuius ad\~ubratam gerebat effigiem, propriùs accederet, verùm
quia mentis no$træ cognitio ab$que habitibus artium, & $cientiar\~u mi-
nùs ordinata, minùs prompta, minùs\'q ; iucunda futura erat, maximè fuit
con$entaneum hominis nobilitati, vt id $ibi præ$idium a$ci$ceret, $ine
quo etiam vitam, neque pro dignitate, neque commodè agere po$$et,
<mgl>_Arift._</mgl>
iuxta illud Ari$totelis lib. 1. Metaphy$ic. cap. 1. genus hominum arte vi-
uit, & ratione. Ergo intelligendi vis, habitus artium, $cientiarum\'q ; $ibi
comparauit proprijs actibus, praee\~ute $en$u\~u mini$terio, ob$eruatione,
& experientia. Quam acuebat partim nece$situdo, & duris vrgens in re
bus ege$tas (hæc enim artium nonnullas inuenire fecit) partim inge-
nita no$tris animis $ciendi cupiditas, $imul\'q ue admiratio, vt docet Pla-
to in Theæteto explicans poetarum fabulam, de Thaumante, & Iride, qua
<mgl>_Plato in_
_Theat._</mgl>
$ignificare voluerunt ex Thaumante, id e$t, admiratione natam Irim,
ide$t, cognitionem rerum.</p>
<p>Peculiariter autem dicitur experientia artes, & $cientias peperi$$e,
<mgr>_Experien_
_tia artes_<gap>
_P<gap>._</mgr>
vt te$tatur Ari$toteles loco citato, vbi affert illud Poli apud Platone in
dialogo, qui in$cribitur Gorgias, experientia artem genuit, inexperi\~e
tia fortunam. Vtique experimento compertum e$t, v. g. Rheubarbarum
purga$$e choleram Socrati, Platoni, Alcibiadi, Calliæ, & al<?>ijs. Ex hac ob-
$eruatione is, à quo id notatum e$t, acqui$iuit vniuer $alem quandam ra
tionem, ac iudicium de Rheubarbaro, quòd purget choleram: tum inde
ad formandam artem ita progre$$us e$t; ijs, qui cholera abundant, adhi
bendum e$t remedium ad eam purgandam, $ed Rheubarbarum purgat
<gap>ram, igitur adhibendum e$t ijs, qui cholera abundant. In hoc di$-

<pb 8><rh>QVÆST. PROOEMIALIVM,</rh>
cur$u habitus, qui in mente relictus e$t ex a$$en$u illius pron\~utiati. Rheu
barbarum adhibendum e$t ijs, qui abundant cholera, dicitur ars; qui ha-
bitus genitus fuit ex antecedente experientia, quod Rheubarbar\~u cho-
leram purgaret. Idem\'q ue $imiliter accidit in c{ae}teris artibus comparan-
dis, & in $cientijs $uo modo. Vnde liquet artium, & $cientiarum habitus
experientia gigni. Hos autem acqui$itos, noua aliorum acce$sione pau-
latim augère con$ueuit $imilium rerum ad idem genus, $eu materiã per-
tinentium animaduer$io in $ingulis di$ciplinis. Atque ita per incremen-
ta profecère artes, nec qui$quam idem artem aliquam inc{ae}pit, & ab$ol-
uit. Quoniam autem i$tiu$modi acqui$itionem, & profectum artium, ac
<mgl>_Ratio, ars_
_ante omnes_
_artes._</mgl>
$cientiarum, opus ac vis rationis antece$sit, rectè Galenus primo de v$u
partium eos laudat, qui, vtAri$toteles manum qua$i organum quoddam
<mgr>_Galen._</mgr>
e$$e ante organa, dixit; ita ip$i rationem veluti quandam artem e$$e ante
omnes artes, a$$eruerunt.</p>
<p>Quantum verò momenti ad rectè iudicandum, agendum\'q ue ars attu-
lerit, vel ex eo con$tat, quòd vbi ars non e$t, ibi ca$us, & temeritas $æpe
dominatur. Quò pertinet illud Poli, cuius ante meminimus, inexperien-
<mgl>_Vbi ars nõ_
_e$t, ibi ca-_
_$us e$t._</mgl>
<mgr>_Polus._</mgr>
tia fortunam peperit, nimirum quia ij, qui aliquid inexperti faciunt, ac
proinde $ine arte, licet con$ultò id aggrediantur, temerè facere viden-
tur, ${ae}pe\'q ue errant: Contra verò qui ex artis pr{ae}$cripto & regula ope-
rantur, con$tanter ac $ine erroris periculo agunt. Vnde veteres, vt for-
tunam in $axo volubili, ita Mercurium, quem colebant vt artium par\~e-
tem, in ba$i quadrata, qu{ae} $tabilitatis nota e$t, pingebant, qua de re ex-
tat apud Alciatum emblema.</p>
<h it>Vt Spbæræ fortuna, cubo $ic in$idet Hermes.
Artibus bic v<?>arvi<?>s, ca$ibus illa præe$t.</h>
<p>Plutar chus etiam in libello de fortuna luculentè o$tendit, quemadmod\~u
<mgr>_Plut._</mgr>
ea, qu{ae} non ex arte, $ed fortuito peraguntur rarò probè fiant, ait\'q uevni-
cum celebrari monumentum fortuiti ca$us, $ine artificio apti, & decen-
tis, videlicet id, quod pictori contigit (hunc Nealcem fui$$e perhibent)
qui cum $pumam ex ore anhelantis equi $en$im labent\~e conaretur ex-
primere, ac ${ae}pius penicillum mut a$$et, nec $ibi placeret, iratus arti $põ
giam tabul{ae} impegit, & ea colores mirificè, vt cura optabat, repo$uit,
at\'q ue ita quod ars non potuit, ab$oluit ca$us, & fortuna. </p>
<p>Illud quoque artis pr{ae}$tantiam magnoperè commendat, quòd ordi-
<mgl>_Ars magi_
_$tra e$t or-_
_dinis, & cõ_
_po$itionis._</mgl>
nis, & compo$itionis magi$tra $it. Nam eius indu$tria & pr{ae}ceptis, qu{ae}

antea, vel confu$a, vel di$sipata erant, in ordinem redacta $unt, & in vn\~u
coaluère. Ac quemadmodum homines olim ferarum more di$per$os di-
citur eloquentia ad ciuilem cultum reuoca$$e: $ic ars, qu{ae} antea vaga, &
incompo$ita f<?>uerant, in vnam di$ciplinarum qua$i Rempublicã coegit.</p>
<h>ARTICVLVS II.</h>
<h it>Definitio artis expenditur, & approbatur.</h>
<p>ARS ad hunc modum $olet definiri. Ars e$t collectio multarum de
<mgl>_Artis de<gap>_
_nitio._</mgl>
vna re comprehen$ionum ad finem aliquem vtilem vit{ae}. Han@ de-
finitionem vti ex antiquioribus acceptam celebrat Hero<gap>
<mgr>_Hervd._</mgr>

<pb 9><rh>QVÆST. I. ARTICVL. II.</rh>
apud Galenum cap. 5. Introductionis, locupletat vero ip$e Galenus ini-
<mgl>_Galenus_.
_Cicer_.</mgl>
tio primi libri medicarum finitionum. Cicero ex di$ciplina Stoicorum
profectam refert lib. 4. Academicarum qu{ae}$tion. eandem magno con$en
$u Peripatetici complectuntur, eius explicandæ gratia aduertendum e$t
ex Ari$totele nomen artis trifariam v$urpari. Primò lati$simè pro omni
<mgl>_Ari$t_.</mgl>
habitu intellectus, qui verum attingit tam practico, quàm $peculatiuo.
Hac $ignificatione vtitur Ari$t. 1. Po$t. cap. 1. & 1. Metaph. cap. 1. item 1.
Rhetoricorum ad Theod. vbi $cientias Mathematicas vocat artes, quas
lib. 13. Metaph. cap. vltimo $cientias appellauerat. Secundò $umitur mi-
<mgr>_Nomen ar_
_tis triplici-_
_ter_
_v<?>$urpa_
_tur_.</mgr>
nùs latè pro $olis habitibus, $cientijs ve practicis, quam $ignificationem
v$urpat Ari$t. 1. Eth. cap. 1. & D. Thom. 12. q. 57. art. 3. ad 3. Tertiò deni\'q
<mgl>_Ari$tot<?>el._
_D. Thom_.</mgl>
$tricti$simè pro $ola arte effectiua, quæ $cilicet agendo tran$it in exter-
nam materiam, & finitur ab eodem Ari$t. 6. Eth. cap. 3. recta ratio facti-
bilium, id eft, eorum, qu{ae} per externam factionem perficiuntur. Et licet
Ari$t. nu$quam artem definierit, ni$i in extrema $ignificatione: dubitatio
tamen e$t, in qua nam ex propo$itis acceptionibus hoc loco definiatur.</p>
<p>Ac non definiri in primo $ignificato per $e pater, cum in tota defini-
tione pars nulla $it, quæ $cientias $altem practicas excludat. Sunt enim
collectiones multorum habituum circa vnum obiectum ad hominum vi
tam maximè conducentium, vt pater in $cientia gubernandi Rempub.
propriam domum, vel per$onam: de alijs verò duobus $ignificatis Gale-
nus loco proximè citato manife$tè indicat propo$ita definitione expli-
cari artem, vt omnem, & $olam notitiam practicam comprehendit, pro-
bat enim Medicinam non e$$e $cientiam, vti\'q ue $peculatiuam, vt Philo-
$ophi rationales contendebant ex eo, quod in illam quadrat propo$ita
definitio, quod idcirco dixi$$e videtur, quia vltima verba, $cilicet ad fin\~e

vtilem vitæ, non facilè accommodantur $cientijs $peculatiuis, quippè
quæ ad nullum vitæ v$um, $ed vnius contemplationis gratia comparatæ
$unt, vnde Ari$toteles 1. Metaph. c. 2. fatetur Metaphy$icã nulli<^>9</^> vtilitatis
<mgl>_Ari$t_.</mgl>
cau$a à nobis inquiri, & cap. præcedente dixerat artium inuentores ali-
quid vtile generi humano attuli$$e, quare tantum abe$t, vt $cientiæ $pe-
culatiuæ definitionem ingredi debeat in$titutum e$$e ad finem vtilemvi-
tæ, vt hoc maximè di$crimine h{ae}c $cientia à practicis di$tinguatur, ac
proinde ars quatenus propo$ita definitione explicatur, $olas practicas
notitias, & habitus comprehendit.</p>
<p>Quanuis hoc admodum probabile $it, non e$t tamen de$erendus com-
munis $en$us præ$ertim recentiorum a$$erentium propo$itam definitio-
<mgr>_Compreb\~e-_
_dit omnes_
_artes_.</mgr>
nem cadere in Artem, quatenus omnem $cientiam practicam, & $pecula-
tiuam coercet, iuxta quam $ententiam ita exponenda $unt vltima defi-
nitionis verba, vt nomine, vtilis, non intelligatur vtile pre$$è $umptum,
$ed bonum commune ad vtile, delectabile, & hone$tum; quo $en$u verum
e$t omnem $cientiam, vel artem aliquem bonum finem procurare; quan-
uis non incongruè vocari po$sit bonum vtile, in propria & $pecifica $ig-
nificatione, quod à $cientijs $peculatiuis apportatur, mentem $cilicet
perficere, & ab errore, atque ignorantia vendicare; quo re$pexi$$e vide-
tur Ari$toteles 3. polit. cap. 8. & 1. Æthic. cap. 1. cum ait omnem Artem,
<mgl>_Ari$t_.
_D. Thom<?>_.</mgl>
& do<?>ctrinam bonum re$picere, qua loquendi forma vtitur Diuus Tho-
<gap>. p. q. 57. art. 3. & 4. alij\'q ; Theologi, quare in eo $en$u definitio enu-
cleanda e$t.</p>

<pb 10><rh>QVÆST. PROOEMIALIVM,</rh>
<p>Dicitur ergo ars collectio multarum comprehen$ionum, vel habitu\~u
intellectualium, qui ver$antur circa verum, quibus verbis remouentur
à definitione $inguli habitus per $e $umpti, quandoquidem non $unt ha-
bituum collectio. Reijcitur etiam collectio eorum habituum, qui vel nõ
$unt in intellectu, $ed in alijs potentijs, vt in voluntate, & $en$u, vel qui in
intellectu quidem exi$tunt, veruntamen non attingunt, vt errores, & fal-
$æ opiniones, qu{ae} comprehen$iones dici non po$$unt; Additur, dere vna,
hoc e$t, circa vnam materiam obiectam, quia vt multi habitus, & propo-
$itiones, vnam numero artem efficiant, aliquam vnionem habere deb\~et,
alioquin non magis dicetur vna numero ars omnes habitus Metahy$ici,
aut Phy$iologici, quàm quicunque alij temerè coniuncti, h{ae}c autem vnio
non $umitur ex $ubiecto inh{ae}$ionis, $cilicet ex intellectu, aliàs omnes ha
<mgl>_Vnde artis_
_v<?>nitas de-_
_$umatur?_</mgl>
bitus quoruncunque obiectorum efficiunt vnam numero artem, cum
exi$tant in eodem intellectu, $ed ex re obiecta, penes quam vt con$ide-
ratur habituum e$$entia, & natura, ita eorum vnitas, & diui$io; qua defi-
nitionis parte excluduntur multi habitus temerè coniuncti, & in diuer$a

obiecta tendentes; vnitas verò rei obiectæ non debet e$$e $ingularis, $ed
communis, ars enim, & $cientia ($i eam excipias, quæ e$t de Deo) naturã
communem con$iderat, quo di$tinguntur à prudentia, & experi\~etia, quæ
<mgl>_Quod $it_
_di$crimen_
_inter art\~e,_
_& pruden-_
_@iam_.</mgl>
ver$antur in $ingularibus, tamet$i alia di$tinctionis ratio tradatur à D.
<mgr>_D. Thom._
_Albert_.</mgr>
Thoma 1. 2. qu{ae}$t. 57. art. 4. & Alberto Magno libr. 6. Eth. tract. 2. cap. 12.
quod nimirum prudentia con$ideret obiectum prout ad bene, beatè\'q ue
viuendum conducit, requirat\'q ue appetitum benè affectum, ars verò bo-
num tantùm artificij, hoc e$t, naturalem operis perfectionem $pectet.
Vltima pars, ad finem vitæ vtilem, ex dictis manet explicata, per eam ve-
rò remouent Dialectici à cætu artium illas, qu{ae} in hominum perniciem
inuentæ $unt, vt Magiam, qu{ae} Dœmonum commercijs inau$picata ho-
mines à $tatu mentis deturbat.</p>
<h>ARTICVLVS III.</h>
<h it>Obiecta aduer$us definitionem artis, eorum\'q ue dilutio.</h>
<p>CONTRA $uperiorem definitionem multa occurrunt argum\~e-
ta, quorum præcipua $unt hæc. Primum, In mente diuina, & an-
<mgl>_Primum_.</mgl>
gelica dantur ver{ae} artes, eæ tamen non $unt collectiones multo-
rum habituum; igitur non omnis ars e$t collectio multarum cõ-
prehen$ionum. Maior patet ex communi omnium voce attríbuentium
Deo, & Angelis $<?>cientiam, at\'q ue artem, quibus res certi$simè $ciunt, &
dirigunt; Minor probatur; nam Deus vnica $implici$sima notitia om-
nia comprehendit, Angelus verò vno habitu, vel $pecie complecti vide-
tur totum cuiu$\'q ue artis obiectum, vt Phy$iologi{ae}, & Mathematic{ae}. Se-
cundum, Non minùs ver$atur ars circa fal$um, quàm opinio; ergo $i opi-
nio à propo$ita definitione excluditur, quia pote$t tendere in fal$um, ars
etiam excludi debet, & $i h{ae}c comprehenditur, illa quoque comprehen-
datur nece$$e e$t. Antecedens probatur, quia vt opinio e$t de ijs, qu{ae} po$
$unt e$$e, & non e$$e, ita ars, quod fatetur Ari$toteles lib. 6. Ethic. cap. 4.
<mgr>_Ari$t_.</mgr>
vnde etiam lib. 3. eiu$dem operis, cap. 3. ait artem con$ultare; liquet @@t\~e
@on$ultationem e$$e de ijs, quæ aliter euenire po$$unt.</p>

<pb 11><rh>QVÆSTIO I. ARTICVL. III.</rh>
<p>Tertium, Artes malefic{ae} $unt veræ, propri{ae}\'q ue artes; non rectè igitur
ab artis definitione excluduntur. A$$umptum probatur, quia eiu$modi
artes $unt habitus intellectuales, continentur\'q ue $ub diui$o illius diui-
$ionis, qua Ari$toteles lib. 6. Ethic. cap. 3. di$tribuit habitum intellectua-
lem, in intellectum, $cientiam, $apientiam, prudentiam, & artem; cum igi
tur non $pectent ad alia membra, vti\'q ue ad $cientiam, vel artem perti-
nebunt. Nam quòd minimè putandum $it, idcirco eas artis natura, & ra-
tione carère, quia ad hominum perniciem comparantur, facilè $uade-
tur; primum, quia vt contemplatiu{ae} $cienti{ae} non proptereà de$inunt e$$e

contemplatiu{ae}, quia ab homine auaro ad quæ$tum, & pecuniam dirigun-
tur, ita nec habitus illi intellectuales perdent artium notionem, quòd ad
morum labem, & human{ae} vitæ incommoda conferantur, cum eor\~u cog-
nitio, quantunlibet malarum rerum $it, in $e $umpta rectè habeat; vnde
& in diuino intellectu haud dubiè inuenitur; nec enim mala $cire, $ed ma
la velle facere, turpe e$t. Deinde vt ex doctrina Ari$totelis D. Thom. in
<mgl>_@. T@o@._</mgl>
1. 2. qu{ae}$t. 57. art. 3. & 4. admonet, ad artis rationem nihil pertinet boni-
<mgr>_Magis co-_
_mendatur_
_artifex, qui_
_v<?>olens pec_
_cat, quaqui_
_nolens._
_Solutio a@_
_gum._
_Ad <?>_</mgr>
tas finis moralis, nec ad laudem artificis, vt artifex e$t, $pectat qua vol\~u-
tate opus efficiat, $ed qua $olertia, & $tudio artis regulã $eruet: magi$\'q ;
commendatur arti@ex, quatenus pr{ae}ci$è habet nomen artificis, qui vo-
lens peccat, quàm qui peccat nolens; igitur quantumuis artes malefic{ae}
turpi, & vitio$o fine exerceri $oleant, ip$a tamen rerum, in quibus ver-
$antu<?>r, cognitio, mòdo c{ae}tera non de$int, artis naturam $eruare poterit.</p>
<p>Hæc tamen, & $imilia argumenta, haud magno opere diluuntur. Ad
primum concedendum e$t in intellectu diuino, & angelico dari artem
maximè perfectam; eam tamen à Philo$ophis in propo$ita definitione
non comprehendi, quia illam tantum cxplicare voluerunt, quam noue-
rant, creatam $cilicet, & humanam. Non defuerit, qui comprehen$iones
in definitione accipiat non formaliter, $ed obiectiuè, nimirùm pro re-
bus, quæ $ub cognitionem cadunt; quæ acceptio non videtur magis alie
n a à communi $en$u, quàm illa, qua dicimus conclu$iones $ciri, id e$t, cõ
clu$ionum obiecta: præ$ertim cum Stoici, quorum e$t hæc definitio, pro
collectione v$ur pent con$en$ion\~e, nã Gr{ae}cè habetur συςνγφ, id e$t, cõ$en-
$io, qua$i dicant artem e$$e comprehen$ionem multarum veritatum eò-
dem $pectantium, quæ explicatio eò minùs di$plicet, quia non adeò ex-
pre$sè repugnat $ententiæ D. Thomæ, & Thomi$tarum a$$erentium vnã-
quan\'q ue artem, vel $cientiam e$$e vnicum habitum; veri$simile nan\'q ue
@$t hos auctores nolui$$e communi Philo$ophorum $en$ui tam apertè
<mgr>_Explicatu@_
_D. Thom._</mgr>
contradicere: iuxta hanc interpretationem non e$t dubium quin Dei, &
Angelorum $cientia, at\'q ue ars in tradita de$initione comprehendatur,
nec primum argumentum aliud concludit.</p>
<p>Ad $ecundum negabis antecedens; ad eius probationem re$ponden-
<mgr><gap> 2.</mgr>
dum e$t, exijs, quæ docet D. Thomas prima $ecund{ae}, qu{ae}$t. 37. art. 5. po$t
Platonem in primo de Rep. & Ari$totelem 6. Eth. cap. 4. licet ars ver$e-
c<?>ur circa ea, qu{ae} po$$unt e$$e, & non e$$e, non proinde tamen in fal$itat
\~e,
@ut errorem incurrere, quia non $ic in ea tendit, vt ip$ius veritas ab eis

dependeat; $ed è contrario ita, vt illorum veritas ab ea petatur, men$u-
retur@ue: $iquidem quæ arte fiunt, tunc rectè habent, cum $uæ artis re-
gu@@s @@æquantur. Ita non fertur ars ni$i in verum; quandoquidem non

<pb 12><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
tendit in $uum obiectum, ni$i prout illud cum ip$ius præceptis congruit,
quo pacto à vero, & recto minimè deflectit. Multò $ecus res habet in opi
nione, nam huius veritas pendet ab obiecto in $e $umpto, non prout ali-
cui certæ regulæ conformatur; quo fit, vt quemadmodum illud, & e$$e, &
non e$$e pote$t, ita opinio fal$itatem $ubire queat; num veritas dictami-
num artis aliqua ratione ex obiecto petenda $it, graue dubium e$t, cuius
explicatio huic loco non congruit; Illud tantùm diluendum $upere$t,
quod ex Ari$totele obiecimus, nimirum artem deliberare; dicimus por-
rò id non e$$e intelligendum de omnibus artibus, $ed de quibu$dam, vt
ibidem aduertit Ari$toteles, id e$t, de ijs, quæ à circun$tantijs, & rerum
euentu dependent, vt de Medicina, & Nauigatoria, & in his non e$t peri-
culum erroris, $i omnia omnino artium præcepta ob$eruentur, $ed cum
aliqua circun$tantia ignoratur, vnde idem Philo$ophus 2. Phy$ic. cap. 8.
tex. 86. docet artem non con$ultare.</p>
<p>Ad tertium concedendum e$t artes maleficas, re vera artes e$$e, vt ra
<mgl>_Ad 3._
_Artes md-_
_leficœ $unt_
_@erœ artes_</mgl>
tiones in argumento adductæ concludunt: licet hominum malo à Dæ-
mone paratæ $int, id enim non efficit, quominùs verum a$$en$um, & cog-
nitionem demon$tratam contineant. Quod non intelligitur de ea Ne-
chromantia, quæ in $olo fœdere D{ae}monum ad certa verba, & $igna ac-
currentium po$ita e$t, quoniam h{ae}c per vera principia, & illationes mi-
nimè procedit, vt nec iudiciaria, auctore Diuo Thoma, $ecunda $ecundæ
quæ$t. 95. art. 1. quatenùs ex quibu$dam principijs ab$olutè infert tan-
quam nece$$arium, quod ex humano arbitrio dependet, nec enim ea ex
parte vera cum ratione progreditur: $iquidem cœle$tia corpora libero
hominis arbitrio nece$sitatem afferre non po$$unt; cæterum qua ex par
te ob$eruatione a$trorum $olam propen$ionem naturalem huius, vel il-
lius hominis ad rem aliquam, veluti ad pacem, aut bellum colligit, non
inficior e$$e artem; habent enim cœle$tes orbes vim quandam in corpo-
ra humana, quemadmodum in c{ae}tera inferiora, po$$unt\'q ue illa variè di$
ponere, & diuer$as indere complexiones, ex quibus natur{ae} nece$sitate
proueniunt illæ propen$iones, quæ omnia longa experientia ad artem
redacta e$$e non repugnat. Vide Diuum Thomam, & interpretes prima
$ecundæ qu{ae}$t. 9. art. 5.</p>
<p>Quanuis hæc ita habeant, & maleficæ artes $altem aliquæ veram, &
e$$entialem artis rationem participent: duas tamen ob cau$as à reliqua
rum definitione exclu${ae} $unt. Prima e$t, quia Stoici omnes artes in vir-
tutibus numerabant, virtutum autem proprium e$t aliquod bonum na-
turæ con$entaneum afferre, vt colligitur ex D. Thoma prima $ecundæ
quæ$t. 71. cuius proprietatis exprimendæ cau$a, vltima definitionis ver
ba addiderunt. Secunda e$t, quia Philo$ophi noluerunt definire, & in $cho
lis celebrare, ni$i eas artes, quæ vel à Deo hominibus inditæ $unt, vel ab

ip$is commeditat{ae}, quæ in perniciem cedere non po$$unt, cum nec au-
ctor naturæ, eam demoliri, nec ip$a $ibi interitum procurare queat; vn-
de Plutarchus in libello de fortuna: artes, inquit, $unt $emina qu{ae}dam re
ctitudinis in communem vit{ae} vtilitatem in$per$a, cæteras verò artes, in
quas vtriu$\'q ue iuris prudentia, & imperatoriæ leges $upplicia decer-
nunt, e$to aliquæ veræ $int, definitione complecti indecorum iudi<gap>
vide D. Thom. 2. 2. q. 169. art. 2. ad 4. argum. at\'q ue ad hanc $ent<gap>am,

<pb 13><rh>QVÆST. II. ARTICVL. I.</rh>
quam hic de maleficis artibus $tatuimus, reuocanda effe volumus, quæ
de illis in procœmio Phy$icorum $cripta funt.</p>
<h>_QVÆSTIO II._</h>
<h>_An artium diui$io rectè $e habeat._</h>
<h>ARTICVLVS I.</h>
<h>_Prima artium di$tributio in reales, & $ermoeinales._</h>
<p>VARIAS artium, & $cientiarum diuifiones tradunt auctores
Plato in $ophi$ta, & 10. de Republica. Ari$toteles 2. Phy$. à tex-
tu 24. Alcinous in lib<?>r. de doctrina Platonis, cap. 7. Laertius li-
br. 2. Ammonius in procœmio ad I$agogen Porphyrij. Diuus
I$idorus libr. I. Etymologiarum. Hugo à Sancto Victore libr. 2. Dida$ca-
lon. Richardus tractatu de exceptionibus. Magnus Albertus libro primo
Ethicorum cap. 10. Augu$tinus Eugubinus libr. I. de perenni philo$. ca-
pit. 2. & I I. alij\'q ue nonnulli. Tres tamen à Dialecticis pr{ae}cipuè celebran-
rur. Enim verò trifariam artes, $iue $cientiæ di$tingui poffunt, videlicet
ratione rerum, in quibus ver$antur: ratione finis, quem $pectant: ratio-
ne gradus, $eu dignitatis, quam inter $e obtinent. Prima igitur diui$io
<mgr>_Trifariam<?>_
_diuiditur_
_ars ratione<?>_
_rerum, ra-_
_tione finis,_
_ordine dig-_
_nitatis._</mgr>
hæc e$t: Artium aliæ agunt de $ermone, $iue externo, quo cum alijs lo-
quimur, & animi $en$a communicamus: $iue interno, quo mens ip$a $e-
cum ratiocinatur. Aliæ de rebus, prout hæ à $ermone differunt: alioqùi
etiam $ermo ip$e res e$t, vt con$tat. Priores, $ermocinales vulgò dicun-
tur: po$teriores, reales; quarum diui$io lati$simè funditur, vt progre$$u
patebit. Sermocinalis Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam com-
prehendit. Grammatica tradit præcepta emendatè loquendi. Rhetori-
ca dicendi ornatè, & appo$itè ad mouendos affectus. Vnde & eloquen-
t<?>ia flexanima dici con$ueuit. Dialectica verò rationem di$$erendi, id e$t,
ignotum ex ijs, quæ nota $unt, declarandi. Ad Rhetoricam reuocari de-
bet, tum Hi$toria, tum Poetica; quia vtraque verborum ornatum, & con-
cinnitatem quærit: vtra\'q ue affectus mouet: Hi$toria quidem rerum ge-
$tarum exemplis; Poetica rerum, $eu verarum, $eu veri$imilium pigmen-
ris. Vnde poetica, pictura loquens; pictura, tacens poetica dicitur. Qua-
re non probamus eorum $ententiam, qui Poè$im ad Grammaticam re-
uocant. Neque ob$tat quod D. Augu$tinus libr. 3. contra Academicos,
cap. 6. ait Grammaticos fui$$e à ratione con$titutos iudices in poetas

($iquidem olim Grammatici poematum erant cen$ores) propterea quod
poetæ à prima di$ciplina, id e$t, à Grammatica $tirpem ducerent. Non
inquam ob$tat: quia Grammatici ex profe$sione $uæ artis, non de or-
natu, & affectuum motione, quæ in poemate præcipua $unt, & ad orato-
riam facultatem priuatim $pectant; $ed de alijs minoris negotij, vt de $yl-
labarum, & pedum men$ura iudicabant. Quanuis illi $ibi de toto $crip-
<gap>s genere $ententiam ferendi pote$tatem a$$umerent, vnde & ab$o-
lutè @ritici dicebantur.</p>

<pb 14><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
<h>ARTICVLVS II.</h>
<h>_Altera diui$io artis in practicas, & contemplatiuas._</h>
<p>SEQVITVR $ecunda artis diui$io, quæ e$t ratione finis, nimirum
in Practicas, & Theoreticas, $eu Contemplatiuas. Hanc tradit Ari-
$toteles communi $cholæ a$$enfu 8. Topic. cap. 2. & 2. Metaphy$.
cap. I. text. 3. Practicæ artes $unt, quarum finis e$t opus. Theoreti-
<mgl>_Sci\~etiæ pra_
_cticæ finis_
_e$t opus: the_
_oreticæ $ola_
_veritatis co_
_gnitio._</mgl>
cæ, quar\~u finis e$t $ola cognitio veritatis, vt docet Ari$toteles, loco pro-
ximè citato. Quia verò Practicæ dirigunt actiones, & harum quædam ma
nent in ip$o agente, vt intellectio, & appetitio; quædam in externam ma-
teriam tran$eunt, at\'q ue in re alia exercentur, quæ te$te Ari$totele lib. 6.
Ethic. cap. 4. effectiones dicuntur, vt nauis con$tructio; fit, vt ars Practica
diuidatur in agentes, quæ nimirum circa actiones; & in efficientes, quæ
<mgl>_Ars practi_
_ca in agen-_
_tes, & effi-_
_cientes di-_
_$tribuitur._</mgl>
circa effectiones occupantur. Quam partitionem a$signat Ari$toteles.
Sed idem, tum cap. 2. lib. 6. Metaphy$. text. 4. tum libr. 8. Topic. cap. 2. tria
facit $cientiarum genera, Contemplantium, Agentium, Efficientium; cu-
ius diui$ionis ratio ex proximè dictis con$tat.</p>
<p>Rur$us ars agens diuiditur in eam, quæ functiones intellectus dirigit,
<mgl>_Ars agens_
_in moral\~e,_
_& rationa-_
_lem._</mgl>
hoc e$t, in artem di$$erendi, quæ e$t Dialectica; & in eam, quæ gubernat,
moderatur\'q , actiones voluntatis; & dicitur Moralis $cientia. Huius aut\~e
$pecies tres $unt. Ethica, Oeconomica, Politica. Ethica vnunquenq; ho-
minem ad morum probitatem erudit. Oeconomica tradit rationem gu-
<mgl>_Moralis in_
_Ethicã, Oe-_
_conomicam_
_Foliticam._</mgl>

bernandæ familiæ. Politica in Ciuitatum, & rerum publicarum guberna-
tionem incumbit. Ad hanc verò $pectat iuris ciuilis doctrina, & Pontificij
iuris magna pars. Nam, quæ fidei decretis continetur, ad Theologiã (cu-
ius principia fidei lumine cogno$cuntur) referenda e$t; Politicæ quinque
poti$simùm numerantur $pecies; Monarchia, id e$t principatus vnius;
Ari$tocratia, optimatum; Democratia, popularium; Oligarchia, paucor\~u
diuitum, & regimen ex his mi$tum. Con$ule Ari$totelem lib. 3. Pol. cap. 5.
& I. Rhet. cap. 8. D. Thom. lib. I. de regimine principum cap. 3.</p>
<p>Iam verò exijs, quas efficientes vocari diximus, quædam dirigunt ex-
<mgl>_Efficienti\~u_
_artium di-_
_ftributio._</mgl>
ternum $ermonem, quo cum alijs communicamus; vt Grãmatica, & Rhe-
torica: quædam res alias externas, vt ars pingendi, $altandi, ædificandi,
aliæ\'q  complures. Sciendum tamen e$t nomen effi cientium interd\~u po$$e
accipi ita, vt ijs tantùm conueniat, quarum opus po$t confectionem ma-
net, vt pictura, quæ v$urpatio inuenitur apud Ari$totelem lib. I. mag. Mo-
ral. cap. 33. & lib. 6. Ethic. cap. 4. & 5. Ac iuxta illam, ne\'q  Rhetorica, ne\'q
Grãmatica, inter effectrices, $ed inter practicas recen$endæ erunt, quia
ear\~u opus, $alt\~e per $e, non manet. Prior tamen v$urpatio proprior, & ve-
rior e$t; nam hæc Artium di$tinctio $umitur ex fine; finis autem immedia-
tus arti\~u e$t actio, quã dirigunt: at inter actiones hoc e$t vniuer$ale di$-
crim\~e, quòd aliquæ $int imman\~etes, oriantur\'q  à potentijs cogno$c\~etibus
& appet\~etibus; aliæ tran$e\~utes, quæ progredi\~utur à potentia motiua, vel
per $e $olã, vel medio aliquo in$trum\~eto; id\~e igitur di$crim\~e artibus accõ
modand\~u e$t, vt illæ dicãtur ag\~etes, quæ dirigunt action\~e internã, $eu im-
manent\~e; illæ effici\~etes, qu{ae} moderantur action\~e externã, $eu tran$<gap>
quòd verò po$t action\~e p$eue@ to@us, vel nõ, id per accid\~es e$t ad art\~e.</
p>

<pb 15><rh>QVÆSTIO II. ARTICVL. II.</rh>
<p>Po$tremò ars contemplatiua in tria membra di$tribuitur ab Ari$to-
<mgr>_Speculati-_
_ua $cientia_
_Phy$icam,_
_Mathema-_
_ticam, &_
_Theologiã_
_partitur._
_Ad Phy$i-_
_cam Medi-_
_ci reuocãt_
_Medicinã._</mgr>
tele libr. 6. Metaphy. cap. I. text. 2. In Phy$icam, Mathematicam, & Theo-
logiam; Phy$ica, feu Phy$iologia contemplatur naturam rerum natura-
lium, id e$t rerum ex materia, & forma con$tantium, earum\'q ue proprie-
tates, & affectiones. Mathematica con$iderat quantitatem. Theologia
agit poti$sim\~u de Deo, & de fubftantijs à materiæ concretione abi\~uctis.</p>
<p>Phy$ica vna tantùm e$t, ad quam recentiores Medici reuocant Me-
dicinam, $ecuti $ententiam veterum, quam refellit Galenus cap. 5. In$t<?>i-

tution. vbi docet cum practicis numerandam e$$e; & meritò, quoniam
ea pars, quæ naturam hominis, herbarum, & aliarum rerum con$iderat,
et$i Medicinæ e$$e videatur, à Phy$iologia tamen non differt, vt po$t alios
rectè probat Benedictus Perer. libr. 2. Phil. cap. 4. cuius rei confirmatio-
ne hìc $uper$edendum e$t. Reliqua verò pars, quæ Medicinæ nomen me-
retur, practica $anè e$t, cum omnia $anandi hominis gratia (quod pra-
<mgr>_Mathema-_
_tica diuidi_
_tur in Geo-_
_metriam,_
_Arithmeti_
_cem, Mu$i-_
_cam, & A-_
_$tronomiã._</mgr>
cticum obiectum e$t) exerceat. Mathematicæ plures, quarum multipli-
cem diui$ionem tradit Proclus in Euclidem. Inter cæteras, Pythagorci,
Plato, Ari$toteles, & alij, eam maximè celebrarunt, qua Mathematica di-
uiditur in Geometriam, Arithmeticam, Mu$icam, & A$tronomiam, $ed
ad maiorem per$picuitatem poterit Mathematica in $yncerè, purèque
Mathematicas, & in mixtas primò di$pertiri. Purè Mathematicæ $unt,
quæ con$iderant quantitatem ab$olutè acceptam, eiu$\'q ue affectiones,
nempe Geometria, & Arithmetica: illa quantitatem continuam: hæc di$-
cretam, videlicet numerum; Mi$tæ $unt, quarum obiectum partim Ma-
thematicum, partim naturale e$t, cum $it quantitas ad materiam certo
<mgr>_Mathema-_
_tica in pu-_
_rè & mix-_
_tas mathe-_
_maticas $e-_
_catur. Pu-_
_rè mathe-_
_maticæ Ge_
_ometria &_
_Arithmeti_
_ca: Mixtæ,_
_per$pectiu._
_Mu$ica, A_
_$tronomia._</mgr>
modo definita. Huiu$modi $unt per$pectiua, Mu$ica, A$tronomia. Nam
Geometer contemplatur lineas, & magnitudines con$ideratione à ma-
teria ab$tractas. Per$pectiuus lineas vi$uales, id e$t, prout pertinent ad
a$pectum, quatenus vi$io fit rectis radijs in linearum modum exten$is.
Arithmeticus perpendit numeros ab$olutos à materia. Mu$icus nume-
ros $onoros, id e$t, vt in voce, $ono, & harmonia $pectantur. Similiter Geo
meter $phæram, & magnitudinem à materia auocat. A$tronomus eadem
prout in corporibus cœle$tibus in$unt, meditatur. His accèdit Co$mo-
graphia, Geographia, & Topographia, quarum prima totius mundi, $e-
cunda terræ, tertia peculiarium locorum de$criptionem tradit.</p>
<p>Sed rur$us Per$pectiua diuiditur in eam, quæ, communi nomine $ibi
vendicato, Per$pectiua dicitur, & explicat cau$as, cur multa aliter, quàm

$int y<?>i$ui apparent. Et in $pecularíam, quæ vi$ilium imaginum refractio-
nes con$iderat. Item A$trologia tres habet partes Gnomonicam, quæ in
horarum dimen$ione, po$ituque gnomonum exercetur. Methcoro$iopi-
cam, quæ eleuationum differentias, & $tellarum interualla inuenit. Diop
tripam, quæ planetarum, & aliorum $iderum di$tantias, in$trumentis
dioptricis contemplatur.</p>
<p>Theologia (quæ erat tertium propo$itæ diui$ionis membrum) duplex
<mgr>_<gap>eologiæ_
_in<gap>._
_& <gap>cient@@_
_d@inã, di-_
_@$io._</mgr>
e$t. Vna naturali intellectus lumine acqui$ita, quæ Metaphy$ica, & prima
Philo$ophia appellatur: altera multò præ$tantior, quæ $ingulari Dei be-
ne$icio hominibus conce$$a, & diuini numinis afflatu in$tituta de Deo,
deá<?>@ @iuinis rebus di$$erit. Sunt qui Metaphy$icam in plures $cientias di$
pertia@t. Sed horum $ententia in procœmio Phy$icorum confutata e$t.</p>

<pb 16><rh>QVÆST. PROOEMTALIVM
ARTICVLVS III.</rh>
<h>_Tertia artium partitio in $uperiores, & inferiores._</h>
<p>TERTIA diui$io, quæ fit ratione graduum, quos inter $e artes
tenent, e$t in $uperiores, & inferiores; $uperiores $unt Phy$iolo-
<mgr>_Quæ $upe-_
_riores, quæ_
_inferiores_
_artes._</mgr>
gia, doctrina Moralis, & vtraque Theologia, & eæ, quas $uperiùs
ad has reuocauimus. Inferiores quatuordecim poti$simùm nu-
merantur, quarum $eptem, liberales dici con$ueuerunt, quod animum, li-
beram hominis partem, excolant. At\'q ue his veteres concludi aiebant
Encyclopædiam, id e$t omnium artium, & di$ciplinarum perfectionem.
Nam hæ communi v$u propriè artes, $uperiores $cientiæ vocantur. Reli-
<mgr>_Quæ artes_
_liberales,_
_quæ $erui-_
_les._</mgr>
quæ autem $eptem $eruiles dicuntur, quod ver$entur in opere mercena-
rio, & $eruili, quo maximè corpus exercetur. Sunt igitur liberales Gram-
matica, Rhetorica, Dialectica, Arithmetica, Mu$ica, Geometria, & A$tro
logia; Seruiles Agricultura, Venatoria, Militaris, Fabrilis, Chirurgia,
Textoria, Nautica, quæ hi$ce ver$ibus continentur.</p>
<h>_Lingua<?>, tropus, ratio, numerus, tonus, angulus, a$tra,_
_Rus, nemus, arma, rates, v<?>ulnera, lana, faber._</h>
<p>Lingua Grammaticam, tropus Rhetoricam, ratio Dialecticam, numerus
Arithmeticam, tonus mu$icam $ignificat, & $ic reliqua eodem ordine.
Sub nominibus artium liberalium, quæ hìc exprimuntur, comprehendi
debent ill{ae}, quas $uperiùs ad eas reduci, aut $ub ijs tanquam membra $ub
<mgr>_Venatoria_
_ar@ pi$@n-_

_di etiam, et_
_aucupandi_
_artem com_
_plectitur._</mgr>
capite collocari diximus. Aduerte etiam venatoriam non tantùm $igni-
ficare eam, quæ $e exercet venatu quadrupedum, $ed etiam pi$candi, &
aucupandi artem. Deni\'q ue, vt $emel dicamus, negari non pote$t multò
plures e$$e inferiores artes, quàm, quæ illo carmine explicitè notantur,
vt artem palæ$træ, & artem pingendi, quas $cribit Ari$toteles. 8. Polit.
cap. 3. fui$$e communes di$ciplinas, quibus olim pueri in$titui con$ueue-
rant. Illud præthereà aduerte, non omnes artes, quæ manu exercentur, co
muni v$u $ermonis appellari mechanicas, vt militarem; & alias, quæ $pe-
ciem quandam maiorem dignitatis obtinent. Lege Ari$t. libr. I. Moral.
ad Eudemum cap. 2. & Galenum in exhortatione ad bonas artes.</p>
<p>Deni\'q ue nec illud prætereundum e$t præter tres generales diui$iones
<mgr>_Olim arsin_
_Dialecticã_
_Moralem_
_doctrinam_
_& Phy$icã_
_partitione_
_gaudebat._</mgr>
artium, quas hactenus fuimus per$ecuti, aliam in $cholis veterum philo-
$ophorum admodùm fui$$e peruagatam; qua nimirùm diuiditur ars in
Dialecticam, in Moralem doctrinam, & Phyficam. Vbi Phy$icæ appella-
tione comprehenduntur tres $cientiæ contemplatiuæ, nempe Phy$iolo-
gia, Mathematicæ di$ciplinæ, & Metaphy$ica. Quam di$tributionem in
Phy$icæ Auicultationis procemio copio$è explicatam habes.</p>
<h>_QVÆSTIO III._</h>
<h>_Quem ordinem inter $e artes obtineant._</h>
<h>ARTICVLVS I.</h>
<h>_De ordine inuentionis artium._</h>
<p>QVANTAM in omnire præ$tantiam ordo vendicet, iam alibi
traditum e$t. Patet certè id in exercitu, in corporibus ani<?>ma<?>n-

<pb 17><rh>QVÆSTIO III. ARTICVL. I.</rh>
tium, in tota mundi vniuerfitate. Nam & turbati milites $ibiip$i $unt im-
<mgr>_Ordo luc\~e_
_rebus con_
_ciliat._</mgr>
pedimento; & artus loco moti perdunt v$um, & tota natura rerum, con-
fu$o ordine, in chaos abiret. At non minùs excellentia ordinis in di$ci-
plinis elucet, quo $ublato, neque earum $plendor videri, ne\'q ue ip$æ à ma.
gi$tris commodè tradi, ne\'q ue à di$cipulis comprehendi animo po$$ent.
Hoc ergo loco de artium ordine agemus, eo\'q ue triplici, nimirum de or-
dine inuentionis, doctrinæ, dignitatis. Id e$t, quo ordine artes inuentæ
$int; quo docendæ quo æ$timandæ. Quod ad primum attinet, po$itis ijs,
quæ $uperiùs de artium origine, à nobis pertractata $unt; de ordine eas,
per vim naturæ excogitandi, at\'q ue inueniendi hoc loco di$$erimus. Nã\'q ;
licet optimarum artium doctrina primis parentibus indita fuerit: & ab

eis qua$i per manus po$teris tradita, magna tamen ex parte, decur$u tem
porum euanuit, nec ad omnes peruènit. Quare à multis denuò $cientiæ
proprio marte inuentæ $unt. Quo verò ordine, exponendum à nobis hìc
erit.</p>
<p>Diuus Augu$tinus libr. 2. de ordine. rem hanc latè per$equens $tatuit
<mgr>_Quo ordi-_
_ne in artes_
_inuenien -_
_dobomines_
_progre$si_
_$int._</mgr>
rationem à Grammatica, velut infantia, quam Varro literationem vo-
cat, & ab arte emendatè loquendi gradum feci$$e ad hi$toriam: tum pro-
gre$$am vlteriùs quærere, at\'q ue attendere cæpi$$e ip$am vim, quæ pepe-
rerit artem. Nam eam, inquit, definiendo, colligendo non $olùm dige$$e-
rat, at\'q ue ordinauerat, verùm ab omni etiam fal$itatis irreptione de-
fenderat. Quando ergo tran$iret ad alia fabricanda, ni$i ip$e $ua priùs,
qua$i quædam machinamenta, & in$trumenta di$tingueret, notaret, di-
gereret, proderet\'q ue ip$am di$ciplinam di$ciplinarum, quam Dialecti-
cam vocant? Inuenta igitur po$t Hi$toriam Dialectica, ait Augu$tinus
rationem ad di$ciplinam ornatè loquendi, ad Poeticam, & Mu$icam per-
rexi$$e. Hinc cœlum, terram\'q ue penetra$$e, & in corporum pulchritudi-
ne figuras, in figuris dimen$iones, in dimen$ionibus numeros in$pexi$$e.
Item cœle$tes circulos, $iderum motus, vices temporum, & in his con-
$tantiam, & æqualitatem fui$$e contemplatam, cuncta\'q ue hinc inde col-
lecta in artem redegi$$e.</p>
<p>Sentit ita\'q ue D. Augu$tinus inuentione primam fui$$e artem delineã-
di characteres, deinde extiti$$e Grammaticam, & Hi$toriam (quod intel-
lige de Hi$toria rudi adhuc, & $ine oratorijs pigmentis) tunc Dialecticã,
Rhetoricam, Poeticam, & di$ciplinas Mathematicas. Has verò $ub$ecu-
tæ $unt Phy$iologia, Moralis doctrina, & Metaphy$ica. Nam quod ad has
tres $cientias attinet, $i antiquitatis memoriam refricare voluerimus,
inueniemus priùs homines ad rerum naturalium, deinde ad Moralium,
po$tremò ad $upernaturalium cognitionem animum appuli$$e.</p>
<p>Hunc ergo inuentionis ordinem $ortitæ $unt inter $e di$ciplinæ, quas
recen$uimus. Si tamen de omnibus, etiam efficientibus, in commune lo-
quamur, con$tat magna ex parte priùs inuentas fui$$e artes practicas,
quàm contemplatiuas, & ex practicis priùs eas, quæ in externo opere
ver$antur. Etenim pri$ci mortales priùs in artes, quibus vitæ nece$-
$itati con$ulitur, deinde in illas, quibus voluptates, & oblectam\~eta queri
$olent, incubuerunt. Quò $pectat illud Cra$si apud Ciceron\~e, vt homines
labe<?>ri a$siduo, & quotidiano a$$ueti, c\~u tempe$tatis cau$a opere prohi-
beit<?>ur, ad pilam $e, aut ad talos, aut ad te$$eras conferunt, aut etia nou\~u<?>

<pb 18><rh>QVÆST. PROOEMIALIVM,</rh>
fibi ip$i aliquem excogitant in otio ludum: $ic illi à negotijs publicis tã-
quam ab opere, aut temporibus exclu$i, aut voluntate $ua feriati, totos
$e, alij ad Poetas, alij ad Geometras, alij ad mu$icos contulerunt: alij e-
tiam, vt Dialectici, nouum $ibi ip$i $tudium, ludum\'q ue pepererunt. His
non ob$tat, quòd Plato in Philebo $crip$erit artes omnes fluere à Mathe

maticis, qua$i Mathematic{ae} reliquas artes antecedant. Nihil enim aliud his verbis indicare voluit, quàm in omnibus di$ciplinis e$$e aliquid Mathematicum, $altem $ecundùm analogiam, & $imilitudinem, $ine quo illæ non con$tarent, videlicet, numerum, men$uram, proportionem.</p>
<p>Qui autem fuerint primi artium inuentores, refert Diuus Athana$ius
<mgl>_T<?>rimi ar-_
_n<?>um inu\~e-_
_@@res._</mgl>
<mgr>_Clem. Al<?>._
_Io$epb._
_Heliod._
_Strabo._
_Plin._
_Polyd._
_Diodor._
_Eu$eb._</mgr>
Orat. contra Idola, Clemés Alex. 1. Stromatum, Io$ephus 1. antiq. cap. 2. Heliodorus lib. 2. Strabo. vltimo Geog. Plinius lib. 7. Natural. hi$tor. cap. 56. Polydorus in lib. de inuent. rerum, Diodorus lib. 2. antiq. cap. 2. & alij. Eu$ebius de præpar. Euang. lib. 1. cap. 2. & lib. 11. cap. 1.</p>
<h>ARTICVLVS II.</h>
_De ordine tradendi artes, & earum inter $e prœcellentia._</h>
<p>VTERQVE ordo, traditionis $cilicet, & dignitatis reliquarum artium à Dialectica accuratè expo$itus e$t in procœmio Phy$icorum, quo loco (ijs artibus, quæ ad $ermonem $pectant, pr{ae}termi$sis) is doctrinæ ordo con$tituitur, vt primò tradatur Mathe-
<mgl>_Priùs tra-_
_denda Ma-_
_thematica,_
_dein Pby-_
_$ica, tertiò_
_Ethica, vl-_
_timò Meta_
_pby$ica._</mgl>
matica, $ecundò Phy$iologia, tertiò Moralis doctrina, quartò Metaphy$ica. Quod ita ferè ibidem probatur. Mathematica multò minorem requirit experientiam, quàm cæteræ, cum in rebus cognitu facilioribus, & vicinioribus $en$ui ver$etur, vnde Plato in 7. de Repub. vocat Mathematicas pr{ae}exercitationes ad alias $cientias; & Ari$toteles in 6. Ethic. cap. 8. docet puerum fieri po$$e Mathematicum, $apientem autem, id e$t, Phy $iologum, Moralem, aut Metaphy$icum, non po$$e. Deinde cognitio ear\~u rerum, qu{ae} ad componendam morum di$ciplinam attinent, plus indicij, maturiorem experientiam, & magis diuturnam con$uetudinem, pacatiorem\'q ue animum exigit, quàm notitia rerum Phy$icarum; ergo priùs danda e$t opera Naturali; quàm Morali $cienti{ae}: $ed vtra\'q ue ante Meta-
<mgl>_Tbeologia_
_po$t natu-_
_rales di$ci-_
_plinas ad-_
_di$cenda._

_Ordin @ig_
_nitatis p@@_
_us trader@_
_da Meta@_
_pby$i. d@@_
_<gap>_
_$tea Ma@@_
_denique $@@_
_entia Mo@_
_ralis._</mgl>
phy$icam addi$cenda e$t, quia h{ae}c vt res maximè reconditas, & à $en$u abiunctas contemplatur, ita extremo loco adhibenda e$t. Si tamen ad $a cram Theologiam comparationem extendas, con$tat eam vltimò addi$ cendam; $iquidem humanæ di$ciplinæ, qua$i gradus quidã $unt, per quos humana mens ad alti$simam illam diuinarum rerum cognitionem, & in-telligentiam, quam $acra Theologia profitetur, a$cendit. Hæc de ordine doctrin{ae}, $eu traditionis Artium.</p>
<p>Ordine autem dignitatis, & pr{ae}cellenti{ae}, qui partim con$ideratur ex re, quam $cientiæ tractant, partim ex modo tractandi, primo loco con-$tituitur Metaphy$ica, $ecundo Phy$iologia, tertio Mathematica, quar-to Moralis $cientia. Ratio e$t, quia tres priores $unt $peculatiuæ, po$tre ma practica; $cienti{ae} verò $peculatiuæ, cum propter $e expetantur, no-biliores $unt, quàm practic{ae}, quarum dignitas ex actione dependet: inter ip$as verò contemplatiuas ideò primum excellentiæ gradum occupat<?>

<pb 19><rh>QVÆST. III. ARTICVL. II.</rh>
Meraphy$ica, $ecundum Phy$iologia, tertium Mathematica, quoniam ij$-dem gradibus $ibi inuicem cedunt, & excedunt materi{ae}, in quibus ill{ae} ver$antur: nam prima circa $ub$tantias à materia liberas occupatur; $e-cunda circa $ub$tantias materiatas; tertia non $ub$tantiam, $ed quanti-tatem natura inferiorem con$iderat: qu{ae} omnia citato loco, & exornan-tur auctoribus; & alijs rationibus, qu{ae} in$tructiorem po$tulant audito-rem, luculentiùs confirmantur.</p>
<p>Supere$t, vt quem locum in vtro\'q ue ordine Dialectica $ibivendicet,
<mgr>_Qu@m loc@_
_inter $cien-_
_tias $ibi ar-_
_roget Did-_
_lectica._</mgr>
explicemus. Et quidem in doctrin{ae} methodo certum e$t præ$uppo$ita Grammatica, primò addi$cendam e$$e Dialecticam, deinde Rhetoricam po$teà reliquas enumeratas. Probatur: Dialectica e$t modus $ciendi, & in$trument\~u, quo c{ae}ter{ae} artes acquiruntur, ergo nece$$arium e$t, vt pri-mò addi$centium animis imprimatur. H{ae}c ratio(qua etiam conuincitur Rhetoricam, quatenùs $cienti{ae} methodo traditur, à Dialectica præcedi) in vltima harum qu{ae}$tionum ex Patribus, & Philo$ophis abundè confir-manda e$t. Quòd autem Rhetorica proximè Dialecticam $equatur, ea ratio conuincit, quia priores $uapte natura $unt artes, qu{ae} in $ermone ver$antur, quàm e{ae}, qu{ae} in rebus occupantur; Rhetorica autem $ermon\~e curat, c{ae}ter{ae} con$equentes res ip$as, ad $en$um po$tea explicandum.</p>

<p>De ordine dignitatis $tatuendum e$t primò Dialecticam e$$e po$te-
riorem omnibus $cientijs $peculatiuis: nam $cientia contemplatrix, vt
eo loco Phy$icorum ex Ari$t. comprobatur, e$tlongè honorabilior, ex-
cellentior\'q ue omnibus practicis: at qui Dialectica in practicis numerã-
da e$t, vt po$teà o$tendemus; ergo e$t inferioris natur{ae}, quàm omnes
tres $peculatiu{ae}, Metaphy$ica, Phy$iologia, & Mathematica.</p>
<p>Quare tota dubitatio e$t, quo pacto $e habeat Dialectica, $ecundùm
excellentiam ad $cientiamMoralem. Cuire$pondendum e$t duplici titu-
lo pr{ae}$tantiorem e$$e Dialecticam; proinde\'q ue or dine dignitatis proxi-
mè $equi Mathematicam. Prior $umitur ex maiori pr{ae}$tantia obiecti, in
quo ver$atur; nam $cientia Moralis con$iderat, at\'q ue ordinat actus vir-
tutum, qui $unt proprij voluntatis; Dialectica verò actus $cienti{ae}, qui ad
intellectum pertinent: atqui actus intellectus nobiliores $unt actibus vo
luntatis, vt in confe$$o e$t apud omnes, & alibi demon$trabitur, ex eo
quòd multò $implicior, & immaterialior $it intellectus, quàm voluntas
in operando; ergo Dialectica ex hoc titulo pr{ae}$tat Morali $cienti{ae}. Se-
cundus ex accuratiori procedendi methodo; nam Dialectica cum men-
tis in di$currendo vitia emendare curet, id\'q ue pr{ae}$tare non po$sit, ni$i
minimè fallaces argumentandi formas perficiat; vbi\'q ue ferè per demõ-
$trationem procedit, quod multò $ecus accidit in $cientia Morali, qu{ae}
cum morum di$ciplinam curet, minùs frequenter indagand{ae} veritatis
$tudio ad demon$trationem attendit: compertum verò e$t notitiam de-
mon$tratione comparatam perfectiorem e$$e non demon$tratiua.</p>
<p>Rogabis quem dignitatis locum habeat Rhetorica (quando illius m\~e-
<mgr>_@uem dig-_
_@@atis loci@_
_R@@oru_
_o@ineat in_
_@r artes<?>_</mgr>
tionem fecimus) Quibu$dam locanda videtur inter Dialecticam, & Mo-
ralem $ci\~etiam: eo quòd alia ex parte di$$erat de actibus intellectus, quo
$uperat Moralem: ex alia verò, in ip$is actibus magis attendat cultum, &
orna<?>tum, quàm ratiocinandi vim, quo à Dialectica $uperatur. Id tamen
Viquèqua que non placet: quoniam et$i opera intellectus, eo pacto con$i-

<pb 20><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
$i<?>derata, media $int inter materias Rationalis, & Moralis $cientiæ. Rhe-
torica tamen præcipuo $tudio incumbit in externum $ermonem: qui c\~u
inferior $it $ubiecto $cientiæ Moralis, in inferiori etiam dignitatis loco
Rhetoricam collocat. Ex dictis peruium cuiuis e$t, omnes artes, quarum
ratio in Philo$ophorum $cholis habetur, in duos po$teriores ordines do
ctrinæ, & nobilitatis redigere.</p>
<h it>QVÆSTIO IIII.</h>
<h it>Vtrùm Dialectica $it p<?>erè, proprieque $cientia, & ab alijs di$tincta?</h>
<h>ARTICVLVS I.</h>
<h it>De nominibus Dialecticæ, eiu$que natur a, ac fine.</h>
<p>QVIA cum de rebus agimus, nominum rationem mini-
mè contemnendam e$$e monet Plato in Cratylo, non
<mgr>_Plato._</mgr>
absre erit exponere, quibus vocabulis hæc ars $ignifi-

catur, & quod inter ea di$crimen intercedat. Qua de
re, præter omnes recentiores hoc loco, & initio Topi-
corum, di$$erunt Alexander, Ficinus in lib. $ept. Plato.
<mgr>_Alexan._
_Ficinus._
_Alcinous._</mgr>
de Rep. & in Euthydemum, & in Plotinum Æneade. 1.
lib. 3. cap. 4. Alcinous. de doctrina Plat.</p>
<p>Omi$sis igitur alijs nominibus, quibus hanc di$$erendi artem, tum ve-
teres, tum recentiores affecerunt, duo $unt præcipua, quæ ip$ius naturã
magis exprimunt, de quibus tantùm agere decreuimus: alterum e$t Dia-
lectica, alterum Logica. Inter quæ à multis hoc di$crimen con$tituitur,
<mgl>_Quo nomi-_
_ne magis_
_exprima\~t_
_natura ar-_
_tis di$$eren_
_di._</mgl>
quòd Dialectica $ignificet $olam facultatem di$$erendi ex probabilibus,
octo libris Topicorum comprehen$am; Logica verò artem conficiendi
demon$trationem, quæ in quatuor libris Analyticis exponitur. Id quod
attinet ad vocabulum (Dialectica) probant ex Ari$totele, qui 1. Top. cap.
1. pro $yllogi$mo probabili v$urpat Dialecticam, & cap. 2. ait Dialecticæ
proprium e$$e de qualibet re probabiliter di$$erere, quibus, & alijs eiu$d\~e
philo$ophi locis hoc ip$um probat Aphrodi$æus ibidem, addit\'q ue eos,
qui ad aliam $ignificationem hoc vocabulum traducunt, eo abuti. A phro
di$æo $ub $cribunt Boetius $uprà, Simplicius 1. Phy$icor. cap. 8. Philopo-
nus initio Priorum: Auerroes tum in principio Topic. tum in 8. Phy$ic.
com. 7. alij\'q ue Recentiores. Horum Auctorum fundamentum(pr {ae}ter v$\~u
Ari$totelis, & antiquiorum philo$ophorum, cui hac in re primæ defe-
rendæ $unt) e$t ip$ius vocis etymologia; ducitur enim à verbo Græco,
ζιαλ@γεςταί, quodCicero lib. 3. de Natura Deor. ad fi nem interpretatur, pro
babiliter di$putare.</p>
<mgl>_Non fac@_
_lè probat@_
_Logicæ @_
_c<gap>_
_tem tãt@@_
_demon$tr@_
_tem $igni@@_
_are._</mgl>
<p>Quod $pectat ad vocabulum (Logica) non tam facilè probant eo $igni-
ficari artem demon$tratiuam; quia hoc nomen apud Ari$totelem, Plato-
nem, & antiquiores non reperitur in $ub$tantiuo, quo tantùm modo art\~e
$ignificare poterat; po$teriores aut\~e Peripatetici, qui auctore Boetio in
Topica Ciceronis ad initi\~u, illud inuener\~ut, toti arti attribuunt: conten-
dunt nihilominus præfati di$criminis auctores etymologia vocabuli $ua

<pb 21><rh>QVÆST. IIII. ARTICVL. I.</rh>
$ententiam con$irmare; nam Logica deriuatur à Græco nomine _λ\'ογος_, vt

docent Alexander præ$atione in Priora, Porphyrius in Prædicam. Ari$t.
cap. 15. Simplicius ibid\~e, in definitione æquiuocorum, Ammonius in pri
mum Periher. cap. I. _λ\'ογος_ verò et$i alia habeat $ignificata, præcipuum
tamen e$t ratio, $eu di$cur$us, ex quo deducta e$t Logica, quæ e$t ars ra-
tiocinandi; quam denominationem non accipiet à quauis ratiocinatio-
ne, $ed à præcipua, quæ e$t $yllogi$tica, & demonftratiua. Liberè tamen
a$$umitur hanc Logicæ appellationem ab eo tantùm $igni$icato deduci,
quo _λ\'ογος_ dicit ratiocinationem demon$tratiuam, eàdem\'q ue facilitate
quis exi$timabit à toto $ignificato, ide$t, ab omni di$cur$u deriuari, quod
$ecit Diogenes Laertius in vita Ari$totelis, vbi Logicam accipit pro to-
<mgl>_Diogen._
_La<?>@rt._</mgl>
ta doctrina di$currendi, Dialecticam verò eius partem e$$icit, nimirùm,
quia credit e$$e facultatem ex $olis probabilibus di$$erendi.</p>
<p>Quanuis hic vocabulorum v$us pri$cis temporibus magna ex parte
<mgr>_Tota ars_
_di$$er\~ediv-_
_troque vo-_
_cabulo, Lo-_
_gica, $cili-_
_cet, vel Dia_
_lectica $ig-_
_nificatur._</mgr>
ob$eruatus $uerit; hodie tamen Philo$ophorum con$uetudo obtinuit, vt
vtrumque vocabulum pro tota arte di$$erendi permixtim v$urpetur; nec
$anè immeritò, cùm Cicero eandem vtrique interpretationem adhibeat,
<mgl>_Cicere.<?>_</mgl>
& promi$cuè totam hanc artem modò vno, modò altero nomine expri-
mat; nam libro deFato ait, Logicam e$$e diligentem rationem di$$erendi;
quod repetit in libro de $inib. his verbis. Iam in altera Philo$ophiæ par-
te, qu{ae} e$t quærendi, ac di$$erendi, quæ _λογικ\'μ_ dicitur, Epicurus planè iner
mis, ac nudus e$t. Paulò po$t eandem artem vocat Dialecticam; Dialecti-
cam, inquit, contemnit Epicurus, quæ vna continet omnem, & pro$pici\~e-
di quid in quaque re $it, $cientiam, & iudicandi qualequidque, ac ratione
& via di$putandi; idem $æpè habet in libr. Academ. & Tu$culan. quæ$t. &
de Oratore. Ari$toteles etiam primo libro Rhetoricæ Dialecticam ac-
cipit pro tota arte, cum ait omnem Syllogi$morum doctrinam ad totam
Dialecticam, aut ad aliquam eius partem $pectare. Logicam verò nun-
quam eo $en$u v$urpauit; $ed nec pro vlla huius artis portione accipit; vt
po$t alios ob$eruauit Bernardus Mirandulanus libr. 8. $uæ apologi{ae}. $ect.
10. quam ob cau$am Petrus Fon$eca lib. 2. Metaph. cap. 3. q. I. $ect. 2. ait $e
<mgl>_Bern._
_Mirand._
_Fon$eca._</mgl>
libentiùs vti nomine Dialecticæ, quàm Logicæ.</p>
<p>Verùm cum Dialectica à di$$erendo deducatur, nece$$e e$t o$renda-
mus verbi (di$$erere) non e$$e illam tantùm $ignificationem, quæ in con-
<mgr>_Quid apud_
_Dialecti-_

_cos $ignifi-_
_cetn<?>erbum_
_Di$$erere._</mgr>
$tituendo vocabulorum di$crimine adducta e$t, $ed hanc etiam, ex qua nomen totius artis deriuatur. Igitur di$$erere aliquando idem e$t, ac $er mone vti, vt apud Platonem in priori Alcibiade, & Ari$totelem 4. Meta-
<mgl>_Plate<?>._
_Ari$te<?>._</mgl>
phy$. cap. 4. cum ait. Sublata nominum $igni$icatione ip$um quoque δίαλ\~’εγεςτα\’ι, id e$t
ip$e etiam $ermonis v$us hominum inter ip$os, &
vniu$cuiu$que $ecum, $ublatus e$t. Aliquando idem e$t ac probabiliter di$putare, vt apud Ciceronem loco de Natur. Deor. citato, & apud Ari-
<mgl>_Tullius._</mgl>
$totel. $æpè in libris præ$ertim Topic. Tertiò idem valet, at\'q ue argum\~e-tari, Cicero. I. de finib. Argumentandum, & accuratè di$$erendum, & ra-tionibus conqui$itis de voluptate, & dolore di$putandum putant. Quar-tò deni\'q ue $umitur di$$erere pro eo, quod e$t aliquid ignotum ex ijs, qu {ae} nota $unt, oratione patefacere, $iue id fiat argumentatione, vt in tertio $ignificato: $iue definitione, aut diui$ione. Cicero I. Academic. quæ$t. Ni-@il definiunt, nihil partiuntur, nihil apta interrogatione concludunt, nul-

<pb 22><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
lam deni\'q ue(vt hæc omnia di$$erendi verbo complectar) artem e$$e di$-$erendi putant.</p>
<p>Ex hac vltima acceptione, quæ licet minùs frequens $it, quàm $ecunda
<mgl>_Dialectica_
_definitur_
_doctrina_
_di$$erendi._</mgl>
& tertia, e$t tamen pr{ae}cipua, &omnium maximè philo$ophica, impo$itum e$t nomen Dialecticæ toti arti di$$erendi. Quæ proinde rectè definitur. Ars, $iue doctrina di$$erendi, accepto di$$erendi verbo in vltimo $ignifi-cato: non qua$i $ola Dialectica veritatem inquirat di$$erendo, id enim cæteris di$ciplinis commune e$t, $ed quòd ea tantùm doceat, quo pacto mens no$tra rectè, & $ine errore di$$erat, id e$t, incognita ex notioribus
<mgl>_Quis finis_
_proximus,_
_quis remo-_
_tus Diale-_
_@tic@@_</mgl>
inue$tiget. Hinc vterque Dialecticæ finis, proximus, $cilicet, & remotus, innote$cit. Nam proximus, qui ab eiu$dem artis officio non differt, e$tviã & normas di$$erendi præ$cribere: finis verò remotus, & mediatus e$t, ip-$um di$$erendi opus, primùm in eàdem facultate, deinde in cæteris, quæ paulò po$t vberiùs explicanda $unt.</p>
<h>ARTICVLVS II.</h>
<h>_Dialecticæ in docentem, & v<?>tentem partitio explicatur._</h>
<p>QVOD in fine $uperioris artic. diximus, nimirùm ad Dialecticam
<mgl>_Dialectica_

_in docent\~e_,
_& vt\~etem_
_diuiditur._</mgl>
pertinère tum regulas, tum v$um di$$erendi, occa$ionem præbuit
Philo$ophis di$tinguendi hanc artem in docentem, &vtentem; quã
di$tinctionem v$urpant po$t Arabes D. Thomas, 5. Metaphy$. lect. 4. Sco-
<mgr>_D.Thom._
_Scot._</mgr>
tus quæ$t. I. in Porphyr. & initio Elenchor. po$teriore$\'q ue interpretes:
v$urpauerant\'q ; Græci alijs nominibus, nam Dialecticam vtentem appel-
lant, cum rebus concretam: docentem verò, à rebus auul$am;eo quòd illa
non $eparetur à rebus aliarum $cientiarum: hæc autem ab aliarum ma-
teria $eiuncta $it, & nudas di$$erendi formas per $e contempletur, at\'q ue
præ$cribat.</p>
<p>Ad huius rei explanationem aduertendum e$t in quacunque arte pra-
<mgl>_In artepra_
_ctica ab v<?>-_
_$u doctrina_
_cecernitur_.</mgl>
ctica, quæ methodo, & via traditur, aliquo modo di$tinctam e$$e doctri-
nam ab v$u;nam doctrina e$t illud dictamen, $iue norma, qua ars præ$cri-
bit modum operis efficiendi, & quæ $ine vllo opere exi$tere pote$t; v$us
autem e$t ip$a operis executio, quæ e$t operatio $upponens prior\~e nor-
mam, qua dirigitur, & regulatur; exemplum de$umatur ex arte pingendi,
qua qui affectus e$t, primò concipit intellectu, quo pacto deducenda $int
lineamenta, & inducendi colores picturæ, quam molitur: quæ $unt præ-
cepta artis. Deinde penicillum $umit, producit lineam, addit colorem:
qui e$t eiu$dem artis v$us. Eodem modo res habet in Dialectica, nam qui
in$tructus e$t habitu dialectico inclinante ad efficiendum $yllogi$mum
in Barbara verbi cau$a, primò format hoc iudicium. Syllogi$mus confta-
re debet ex tribusvniuer$alibus affirmatiuis hoc modo complicatis. Qui
actus e$$e pote$t ab$que illa $yllogi$mi confectione. Deinde per actum di-
ftinctum conficit $yllogi$mum ad normam prioris actus. Ac prior quid\~e
actus e$t doctrina actualis, & habitus, qui illius cau$a e$t, appellatur Dia-
lectica docens; po$terior verò e$t v$us, & habitus, qui ad illum concurrit,
vtens Dialectica nuncupatur.</p>
<p>Aduertendum $ecundò e$t v$um di$$erendi, aut cerni in materia necel-

<pb 23><rh>QVÆST. IIII. ARTIC. II.</rh>
$aria, aut in materia probabili: quidam enim $yllogi$mi, & quædam defi-
<mgr>_V $usdi$$er\~e_
_di in mate-_
_ria nece$$a-_
_ria $pectat_
_ad eam $ci\~e_
_tiam cuius_
_e$t materia._</mgr>
nitiones, ac diui$iones fiunt in rebus nece$$arijs, & quæ aliter euenire nõ
po$$unt; alij in probabilibus, quæ mutari queunt. Prætereà tam nece$$aria
quàm probabilia quædam e$le in materia Dialecticæ, quædam in mate-

ria aliarum $cientiarum; in qualibet enim di$ciplina vi$untur aliqu{ae} pro-
po$itiones immutabiles, aliæ mutationi $ubiectæ. Deni\'q ue in confe$$o
e$$e apud omnes v$um di$$erendi ex nece$$arijs pertinère ad eam $cientiã
cuius e$t materia, de qua di$$eritur: Verbi cau$a, definitiones, diui$iones,
& argumentationes, quæ fiunt ex rebus Metaphy$icæ nece$$arijs, ad Me-
taphy$icam $pectare; quæ ex Mathematicis, vel Dialecticis, ad Mathema-
ticam, & Dialecticam. Ratio e$t, quoniam omnis $cientia habet propria
principia, propria$\'q ue conclu$iones, quarum notitia ad nullam aliam $ci
entiam attinet; alioqui $i vna tantùm $cientia o<?>fficeret omnes demon-
$trationes, & definitiones, quæ vbi\'q ue reperiuntur, ea $ola e$$et $cientia:
quod ab$urdum e$t. Quare v$us di$$erendi in materia Logica nece$$aria
e$t proprius Logici: v$us verò di$$er\~edi in materia phy$ica nece$$aria e$t
phy$ici, & ita res habet in cæteris di$ciplinis.</p>
<p>Quamobrem de $olo v$u di$$erendi in materia probabili $upere$t du-
<mgr>_Anv<?>$us di$_
_$erendi in_
_materiapr@_
_babili ad $o_
_lam Diale-_
_cticam $pe-_
_ctet._</mgr>
bitatio; an $cilicet attribuendus $it totus Dialecticæ? an alius huic, alius
illi $cientiæ pro ratione materiæ in qua vi$itur? Ratio difficultatis e$t,
quoniam in hoc v$u duo reperiuntur, materia, de qua di$$eritur, & forma
di$$erendi; quarum quælibet videtur totum v$um ad $uam artem vendi-
care; enim verò $i materia probabilis rerum naturalium non efficit, vt
omnis tractatio, quæ in ea ver$arur, ad Phy$iologiam $pectet, angu$ti$si-
mi erunt Phy$iologiæ termini; nam demon$trationes, & e$$entiales defi-
nitiones paucæ in ea reperiuntur. Quod in cæteris artibus eodem modo
continget. Ex alia parte cum res probabiles hoc tantùm habeant artis,
quod in modum, & formam di$ponantur, omnis verò artificio$us tractã-
di modus, & forma à Dialectica tradatur, ad eandem $pectare videtur
probabilium pertractatio.</p>
<p>Communis, & vera huius ambiguitatis $olutio e$t, omnem di$$erendi
v$um ex probabilibus ad Dialecticam pertinere. Quod nec ob$curè, nec
<mgr>_Omnis di$$e_
_rendi r<?>$us_
_ex probabi-_
_libus ad Di-_
_alecticã<?>per_
_tinet._</mgr>
infrequenter tradit Ari$toteles, cum affirmat proprium e$$e Dialectici,
<mgl>_Ari$t._</mgl>
de quauis re propo$ita ex probabilibus di$$erere. Ita docet 1. Topic. c. 1.
lib. 3. Methaphy$. cap. 1. & lib. 4. cap. 2. alij$\'q ue in locis. Probatur: Ille di$-
$erendi v$us ad aliquem artificem pertinère debet: $ed ratione materiæ
non pote$t alicui attribui; ergo ratione formæ ad Dialecticum pertine-
bit. Con$equentia e$t bona, $iquidem in præfato v$u hæc duo tantùm re-
periuntur. Maior etiam patet, quia in præ$enti non di$putamus de v$u ar-
tis ex parte, $ed de artificio$o: qui, ip$o nomine, alicuius artis e$$e o$ten-

ditur. Minor probatur: Omnis $cientia ex Ari$totele 1. Po$ter. cap. 6. & communi omnium $ententia (vt ibidem mon$trabimus) e$t de rebus ne-ce$$arijs, & immutabilibus; ergo materia probabilis, cum fluxa $it, at\'q ue incerta, non e$t alicuius $cientiæ propria; non $olùm quia non e$t apta ad generandum habitum firmum; & infallibilem, qualis e$t omnis $cientifi-cus; $ed etiam quia e$t incapax, vt circa ip$am ab eodem habitu aliquis <gap> generetur; $iquidem non minùs repugnat habitui $cientifico opi-nionem gignere, quàm ab opinione g<?>enerari. Quare $oli Diale cticæ tri-

<pb 24><rh>QVÆST. PRO OEMIALIVM</rh>
buendus e$t v$us di$$erendi ex probabilibus. Nec propterea timendun@<?> e$t (quod pro altera quæ$tionis parte obiectum erat) ne reliquæ $cicntiæ inopes maneant, $i omni doctrina probabili denudentur; quoniam Diale-ctica omnium famula admini$tra\'q ue cum $it, non cen$etur alienas effi - cere ab alijs $cientijs eas opiniones, quas vt proprias colit, quemadmo-dum nec opes, famulorum opera comparatæ à dominorum facultatibus alienæ cen$entur.</p>
<p>Oppones. Materia probabilis propterea nullius $cientiæ e$t propria,
<mgl>_Obiectio._</mgl>
quia $cientia e$t certa, firma\'q ue cognitio, quæ de materia probabili ha-beri non pote$t: $ed Dialectica e$t etiam vera $cientia; ergo nequit ad il-lam $pectare forma in materia probabili exercita, at\'q ue adeò nec totus di$$erendi v$us; $iquidem ex eo nulla $cientifica cognitio, $ed opinatiua
<mgl>_Diluitur ar_
_gumentum_</mgl>
tantùm re$ultat. Re$pondetur di$tinguendo con$equens; $i enim infe-rat illas probabiles $ententias non e$$e proprias Dialecticæ, quatenùs $cientia e$t; ver\~u infert; nos enim haud a$$erimus Dialecticam vtentem, ad quam v$us pertinet, e$$e propriè $cientiam; $i verò ex eo, quòd præfat{ae} propo$itiones non $unt $cientificæ, colligat nullatenùs ad Dialecticam $pectare: neganda e$t, quia forma di$$erendi, quæ in illis vi$itur, e$t pro-pria<?> Dialecticæ & ab ea quatenus $cientia e$t, demon$trata, quòd $atis e$t, vt huic $cientiæ ab$olutè attribuantur.</p>
<p>His ad hunc modum explicatis: du{ae} tantùm $uper$unt difficultates eno
<mgl>_Excitantur_
_duædifficul_
_tates._</mgl>
dandæ. Prima, an Dialectica ratione totius artis $it vtens, & docens, an verò vna tantùm pars doceat, alia vtatur? Secunda vtrùm Dialectica docens, & vtens, non modò $int di$tincti actus, $ed etiam diuer$i habitus? Ratio primæ di$$icultatis e$t, quia Dialectica $ecundùm omnes $uas par-tes e$t practica, ac proinde habet illos duos actus, quos omni habitui pra ctico re$pondère diximus; ergo ratione totius artis continet v$um, & do-ctrinam. Aliunde verò v$us di$$erendi demon$tratiuus non e$t di$tinctus ab ea $cientia, in qua reperitur, vt dictum e$t; reliquæ autem Dialecticæ partes, excepta Topica, $unt demon$tratiuæ; ergo in $ola Topica di$tin-guendus e$t v$us à doctrina. Propter primam rationem affirmant aliqui
<mgl>_Aliorum_
_$olutio, <?>_
_re$pon$io._</mgl>

Dialecticam $ecundùm omnes $uas partes e$$e vtentem, & doc\~etem. Qui con$equenter docent, illum quo\'q ue v$um, qui vi$itur in materia nece$$a-ria Dialecticæ, (quo nimirùm $uas e$$entiales definitiones, diui$iones, & argumentationes perficit) di$tinguendum e$$e à doctrina. Alij propter $e-cundam, volunt $olam partem Topicam e$$e vtentem, & non docentem: Analyticam verò docentem, & non vtentem.</p>
<p>Cæterùm vtra\'q ue hæc $ententia à vero defl ectit, altera per exce$$um,
<mgl>_Re$pon$ic-_
_nis traditœ_
_à perit<gap>_
_tramite d@@_
_flexus._</mgl>
altera per defectum. Prima namque di$$erendi v$um plùs æquo extendit. Secunda doctrinam nimirùm contrahit. Primùm $ic o$tenditur. V $us di$-$erendi in materia Logicæ nece$$aria non magis differt à doctrina Logi-ca, quàm ille, qui ver$atur in materijs aliarum $cientiarum ab ip$is $cié-tijs: $ed in alijs nemo di$tinguit v$um à doctrina; ergo neque in Logica. Secundum probatur. In parte Topica dantur vera præcepta artis, veræ etiam demon$trationes, quibus aperitur modus inue$tigandi medium ad $yllogi$mos probabiles, & via ad eo$dem aptè con$iciendos, imò de ij$d\~e<?>
$yllogi$mis demon$tratur, vt propria pa$sio, quòd opinionem gig<gap>
quod proprium e$t artis, & doctrinæ Quare negandum non e$t partem

<pb 25><rh>QVÆST. IIII. ARTICVL. II.</rh>
Topicam continere etiam doctrinam. Quod pari modo a$$erendum e$t de parte Sophi$tica; continet enim vera pr{ae}cepta ad Sophi$mata deteg\~eda, & demõ$trationes, quib<^>9</^> euid\~eter cõcluditur El\~echos deception\~e generare.
<mgr>_Enodatur_
_prima dif-_
_ficultas._</mgr></p>
<p>Vera igitur $ententia e$t inter has media. Quã per$picuè tradit D. Tho-mas 4. Methaphy. lect. 4. & recipiunt communiter Recentiores: nimirùm Dialecticam e$$e docentem, ratione totius artis; vtentem verò, ratione $o lius partis Topicæ. Quæ ex dictis $ufficienter cõfirmata e$t; diximus enim nullam e$$e in Dialectica partem, quæ aliquid more artis non doceat, aut certè docere po$sit; & $olam partem Topicam docere, quo pacto ex pro-babilibus di$$erendum $it; quare cum v$us à doctrina non differat, ni$i in materia probabili: perípicuum e$t, & totam Dialecticam e$$e docentem, & $olam partem Topicam in vtentem, & docentem di$pertiendam e$$e. Nec rationes in vtram\'q ue partem adductæ aliud concludunt.</p>
<p>Circa $ecundam difficultatem de di$crimine interLogicam vtentem, &
<mgr>_Enuclea-_
_tur 2. diffi-_
_cultas._</mgr>
docent\~e quòad a ctus nulla e$t controuer$ia, nam actus docentis e$t præce ptum, & regula extruendi aliquem di$$erendi modum: a ctus verò vt\~etis e$t ip$a modi extructio. Qu{ae} per$picuè inter $e di$criminãtur. Quoad habitus e$t tota contentio;ac pleri\'q  ex Recentioribus arbitrantur diuer$os e$$e habitus vtriu$\'q ue Dialecticæ quod ita confirmant. Dialectica docens e$t<?>

habitus $cientificus, $eu collectio habituum, vnam $cientiã con$tituenti\~u:
$ed Dialectica vtens e$t habitus opinatiuus, $eu multarum opinionum cõ-
globatio; ergo cum idem habitus opinio, & $ci\~etia e$$e non po$sit, fieri ne-
quit, vt. vtra\'q  Dialectica $it vnus, idem\'q ue habitus. Si re$pondeas act\~u di$
$erendi elici quidem ex habitu opinatiuo, $ed hoc non obe$$e, quominùs
idem à $cientifico imperetur, quatenùs dum ex probabilibus di$$erimus,
normam Dialecticæ docentis ob$eruamus. Vrgent id $atis non e$$e, vt di$-
$erendi actus habitui imperanti $impliciter tribuatur, & non potius elici\~e
ti, à quo propinquiùs attingitur: quemadmodum actus virtutum, verbi
cau$a temperantiæ, licèt à prudentia imperentur, non propterea de$unt
magis propriè, & $impliciter attribui temperantiæ, quam prudentiæ.</p>
<p>Oppo$itam $ententiã docet D. Fon$eca lib. 2. Metaph. c. 3. q. 1. $ect. 6. vn\~u
<mgr>_Opinie D._
_Fon$ecæ in_
_propo$ita_
_difficultate_
_ap {pro}batur._</mgr>
$cilicet e$$e habit\~u Dialecticæ docentis, & vtentis, officijs nõ natura di$tin
ctum; quemadmod\~u differentia diuidens genus, & con$tituens $peciem nõ
$unt plures, $ed vna diuer$is muneribus in$ignita; nam quatenus generi ad-
ditur, eiu$\'q  naturã angu$tat, diuidens appellatur; quatenùs verò exilla cõ
iunctione $peci\~e componit, con$tituens dicitur. Pari modo id\~e numero ha
bitus, proùt elicit propri\~u act\~u, quo docet mod\~u di$$erendi, exercet pro-
prium offici\~u doctrinæ; at pro vt remotè concurrit ad confection\~e modi
di$$erendi, qu\~e dirigit, vel imperat, non exercet act\~u doctrinæ, proinde\'q ue
vt\~es appellatur. Hæc $ent\~etia nõ ita explicatè proponitur ab antiquis Phi
lo$ophis, non e$t tam\~e ab eor\~u $en$u aliena, veritati aut\~e imprimis e$t cõ-
$entanea. Ratio e$t in prõptu. Habitus Dialecticæ vt\~etis ille e$t, cui attri-
bui pote$t forma di$$er\~edi: $ed hæc non tribuitur habitibus opinatiuis v$u
di$$er\~edi cõparatis, $ed habitui $ci\~etifico; ergo is tant\~u c\~e$eri pote$t Diale
ctica vt\~es. Minor patet. quia habitus opinatiui $inguli inclinãt ad $u\~u tãt\~u
a$$\~es\~u circa {pro}pri\~u obiect\~u: ad di$po$ition\~e verò $yllogi$ticã nihil
cõduc\~ut.
Maior, in qua rei cardo vertitur, ita $uadetur. V$us di$$er\~edi nõ reducitur
<gap>t\~e, ni$i ratione form{ae}, vt o$t\~es\~u e$t; ergo tribu\~edus e$t habitui
formã

<pb 26><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
præ$cribenti: hic autem e$t habitus $cientificus Dialecticæ docentis pro-
prius; ergo vnus idem\'q ue e$t habitus vtriu$que Dialecticæ. Quòd $i habi-
tus opinatiui aliqua ratione merentur nomen Dialectic{ae} vtentis, id eatè-
nus e$t, quatenùs habitui $cientificio materiam $ubmini$trant, vt $uam im
primat formam, & cum eo $imul concurrit ad v$um integrandum.</p>
<p>Ex quibus facili negotio dilues aduer$æ partis argumetum; patet enim
<mgl>_Refellitur_
_ærgum\~et\~u_
_oppo$itæ s\~e_
_tentiæ._</mgl>
fal$ò a$$umi habitum Dialecticæ vtentis ($i de eo loquamur, qui hoc nom\~e
propriè, & in rigore meretur) e$$e opinatiuum, cum actus di$$erendi magis

pertineat ad Dialecticam, quatenùs remotè oritur ex habitu $cientiæ, quã
prout proximè na$citur ex opinatiuo: vnde re$pon$io ibi data optima e$t.
Ad eius impugnationem re$pondemus exemplum à virtutibus de$umpt\~u
non e$$e $imile, quia habitus cuiu$\'q ue virtutis, verbi cau$a temperantiæ,
ex $e habet rationem formalem, & hone$tatem $ufficientem, vt actus, qui
$umant ex obiectis; inde primariam di$tinctionem $ortientur.</p>
<p>Hac ead\~e ratione vtitur Scotus initio Logicæ q. 3. & in prologo q. item
<mgr>Quas nouas
conditiones
$ubiector\~u
addiderit
@cotus.</mgr>
3. & in 1. Prior. quæ$t. 2. vt angu$tet primam conditionem, & vnitatem
e$$\~etiæ inducat, Vnitas, inquit, $ci\~etiæ ex obiecto diriuatur; ergo ni$i hoc
habeat vnitatem e$$entiæ, quo pacto illam $c@entiæ communicab<gap>? Po-

<pb 38><rh>QVÆSTIONVM PRO OEMIALIVM</rh>
$tea nouas accumulat conditiones, præ$ertim has duas, primam, vt e$$en-
tia eius rei, quæ $ubiectum dicitur, à $cientia explicetur: $ecundam, vt
omnes veritates, quæ in ea $cientia attinguntur, aut formaliter, aut vir-
tute in $ubiecto contineantur. Cæterùm nec propo$ita ratio tantã con-
cludit vnitatem in $ubiecto materiali, de quo agimus: nec additæ condi-
tiones, $i à no$tris di$tinguuntur, nece$$ariæ $unt. Prim\~u patet, cùm Me-
taphy$ica, & Per$pectiua omnium con$en$u, $cientiæ $int, & tamen alte-
rius $ubiectum e$t analogum, alterius per accidens compo$itum. In $ub-
iecto formali nece$$aria forta$sis e$t maior vnitas; $ed hæc $tare pote$c<?>
c\~u $ubiecti materialis multiplicitate, vt in finer. Po$ter. & initio Phy$ic.
o$tendetur. Secundum ex eo probatur, quia $i prima Scoti conditio e$t,
vt e$$entia $ubiecti explicetur à $cientia, quatenus ad eam $pectat, nõ dif-
fert à no$tra $ecunda: nam explicare partes, principia, & affectiones
$ubiecti nihil e$t aliud, quam eius e$$entiam quatenus ad $cientiam $pe-
ctat, ad amu$sim enucleare: $in per eam conditionem $ignificatur opus
e$$e, vt natura rei $ubiectæ quòad e$$e naturale explicetur, & definiatur;
& _$i hoc_ verum $it in $cientia $peculatiua, in practica tamen $uperfluum
e$t; cum ad arti$icem practicum nõ pertineat cognitio materiæ, ex qua
opus efficit, $ed ip$ius operis conficiendi doctrina. Iam $ecunda Scoti
conditio, $i eò tendit, vt velit nullam veritatem à $cientia doceri, quæ
ad $ubiectum modo aliquo non referatur, vera e$t, & in no$tra $ecunda
comprehenditur. At $i vlteriùs contendit omnia, quæ in $cientia cogno$
cuntur, e$$e nece$$ariò coniuncta cum illius $ubiecto, $altem vt eius pro-
prietates; quo pacto eam intellexit Molina 1. parte art. 7. di$p. 2. facilè
confutatur. Quoniam Philo$ophia naturalis agit de coloribus, $apori-
bus, & alijs eiu$modi qualitatibus, quæ minimè nece$$ariò in$unt cor-
pori, de quo illa, vt de proprio, adæquato\'q ue $ubiecto di$ceptat. </p>
<h>ARTICVLVS II.</h>
<h it>Aliorum de $ubiecto Dialecticæ opiniones confutantur.</h>
<p>TAM multæ $unt de $ubiecto _D_ialecticæ, tamq; di$crepantes $en-
<mgl>Prima opi-
nio de $ubie
cto Dialecti
cæ.</mgl>
tentiæ, vtæquè difficile $it aliquam nouã inuenire, ac omnes ab
alijs inuentas $ingillatim numerare; quare ad tres cla$$es omnes
reducendæ $unt. In prima e$t eorum opinio, qui autumant Dia-
lecticam de vocibus agere; quorum duæ Alexander Aphrodi$æus initio
<mgr>Aphrodifæ.</mgr>
Prædic. indicare videtur voces nudè $umptas e$$e materiam Dialecticæ,
eo argumento, quòd Ari$toteles in exempla eorum qu{ae} docet, vbiq; v$ur
pat vocabula non $ignificatiua; qua$i doceat hanc e$$e aptam materiam
Dialectici. Nominales vero Gregor. Matthi$ius initio Logicæ cap. 4. &
<mgr>Greg.
Gabr.</mgr>
Gabriel $upra affirmant e$$e voces $ignificatiuas. Hos $equuntur aliqui
Recentiores, & præce$$erunt ij Peripatetici, qui arbitrãtur in Prædica-
mentis præcipuè voces collocari, quos ibidem referemus.</p>

<p>Cæter\~u hæc $ententia, vtròuis modo explicata h\~uc in mod\~u cõfutatur
ab Auicenna pri. par. Logicæ c. 3. in medio. Ea, quæ Logicus tradit, non
<mgl>Reijcitur
$uperior$en
@entia.</mgl>
gratia voc\~u adducit; imò voces gratia alior\~u, ide$t cõceptu\~u, pertractat;
nã generare $cientiã & ex notis ad ignota $ine errore progredi, quò Diale
cticæ cura tendit, nõ vocibus, $ed conceptibus cõpetunt: ver\~u quia hos
in di$p@tatione adducere nequimu<?>s, interponimus eor\~uloco voces, qua-
re vt @eptè quis affirmare materiam Architecti e$$e exemplar ædificij,

<pb 39><rh>QVÆSTIO V. ART. II.</rh>
eò quòd per illud ædificij formam exprimat; ita incongruè a$$eritur Dia
lecticam per $e agere de vocibus, quia per eas conceptus manife$tat. Ac
cedit Dialecticam nec explicare voces, vt qualitates quædã reales $unt;
(id enim pertinet ad Phy $iolog\~u; tractatur\'q ; in libris de Anima) nec vt
$ignificatiuæ $unt, quia hoc e$t proprium munus Grammaticæ. Ratio ve
ro Aphrodi$æi nullius e$t momenti; quoniam Ari$toteles vtitur termi-
nis nihil $ignificantibus, vt o$tendat formas con$equentiarum, quas ad-
ducit, in quauis materia concludere, non autem vt $ignificet de ip$is ter
minis, qui pror$us inutiles $unt, di$ceptare.</p>
<p>In $ecunda cla$$e $unt, qui opinantur ens rationis e$$e obiectum Dia-
<mgr>Secnnda @-
pinio de $ub
iecto Diale-
cticæ.</mgr>
lecticæ; quorum aliqui volunt, omne ens rationis in tota $ua latitudine
$ub Dialecticam con$iderationem per $e cadere. Nec alio modo verum
<mgl>Iandunus.
D. Thom.</mgl>
e$$e putant, quod Ari$toteles 4. Metaphy$. cap. 2. affirmauit primum Phi-
lo$ophum, & Dialecticum ver$ari circa ens: ni$i ille agat de omni ente
quòad e$$e reale: hic de eòdem quòad e$$e intentionale, $eu per ration\~e
acceptum. Quod expre$sè docetIandunus 2. Metaph. q. 12. & lib. 6. q. 4. In
dicat\'q ue D. Thomas, ibidem, lect. 4. eiu$\'q ue Di$cipuli. Alij cum videant
pleraque e$$e rationis entia (de quibus Dialectica non di$putat) veluti
$ignificationes nominum, figuras, $yllabarum quantitates; quæ pendent
ex hominum arbitrio; & relationem Creatoris, dextri ac $ini$tri in re ina
nimata; quæ fundantur in ip$a rerum natura. Cum videant, inquam, hæc
& alia entia rationis effugere con$iderationem Dialecticam, non aud\~et
<mgl>Toletus.</mgl>
pro $ubiecto huius artis con$tituere ens rationis in tota $ua latitudine,
$ed illud tãt\~u, quod re$ultat ex operationib<^>9</^> intellectus. Qua moderatio-
ne exi$timat Toletus accipiendum e$$e D. Th. c\~u hanc $ententiam tradit.</p>
<p>Hæc $ententia defenditur à pleris\'q ; Recentioribus: & probari pote$t,
<mgr>Rationibus
$tabilitur
propo$ita $é
tentia.
Prima.</mgr>

primò ex conditionibus ad $ubiectum cuiu$q; di$ciplinæ nece$$arijs: om-
nes enim in ente rationis c\~uDialectica cõparato e$$e videntur. Imprimis
hoc ens e$t vn\~uvnitate cùm minim\~u analogica; qu{ae} ad in$titut\~u $atis e$t.</
p>
<p>Deinde. Omnia quæ traduntur in Logica referuntur ad ens rationis:
imò omnia $unt entia rationis, vt Vniuer$ale, Prædicatum, Subiectum,
Syllogi$mus, & cæt. Denique Dialectica per hoc ens ab alijs $eparatur,
(quæ erat tertia conditio) idcirco enim rationalis appellatur, quia nõ
agit de re vlla vera, $ed de ente ratione conficto. Secundò. Si $ubiect\~u
Dialecticæ e$$et aliquod ens reale, non cum $ermocinalibus, $ed reali-
<mgr>Secunda.</mgr>
b<^>9</^> eã numerari oporteret; quod à cõmuni Philo$ophor\~u $en$u abhorret.
Tertiò. Hæc entia, c\~u$ub intellect\~u cadãt, nece$$e e$t ad aliquã $ci\~etiã
per $e pertineant; $ed non apparet alia; ergo pertinent per $e ad Dialecti-
<mgr>Tertia.</mgr>
cã. Quartò pro $ec\~uda præ$ertim explicatione. Dialectica omni\~u cõfe$-
$ione agit de formis di$$erendi, ratione confectis, quæ ex cognitionibus
cõ$urgunt: $ed nõ agit de ip$ius cognitionibus $ecund\~u e$$e naturale $pe-
<mgr>Quarta.</mgr>
ctatis, vt diximus; ergo quatenùs $ub$unt alicui formæ: quæ non pote$t
e$$e alia quàm ens rationis, quandoquid\~e per ration\~e inducta e$t. Quoti-
es aut\~e ars ver$a<?>tur circa artefact\~u, quod ex materia, & forma coale$cit,
non habet pro $ubiecto materiã artefacti, $ed formã. Sic obiectum Sta-
tuariæ non $unt ligna, $ed $tatua; & Mu$icæ, non voces, $ed harmonia;
igitur in formis di$$erendi potiùs eligenda e$t pro $ubiecto Dialecticæ
forma rationis, quàm entitas cognitionum.</p>

<pb 40><rh>QVÆSTIONVM PROOEMIALIVM.</rh>
<p>Non placet tamen hæc $ententia, $iue ab$olutè, $iue cum ea modera-
<mgl>Reijcitur 2.
fententia.</mgl>
tione proponatur. Primò. quia Dialectica non explicat, $altem ex pro-
prio munere, naturam, & principia entis rationis: quod iuxta $ecundam
$ubiecti conditionem præ$tare debet, omnis di$ciplina circa proprium
$ubiectum. Secundò. Si ens rationis e$$et $ubiectum Dialecticæ, non po$
$et hæc ars demon$trare alias pa$siones, quàm rationis; $iquidem pa$sio
non e$t præ$tantioris natur{ae} quàm $ubiectum: con$equens autem e$t fal-
$um: cum $cientiam efficere (quod Logica de $uo $ubiecto demon$trat)
quippiam reale $it. Tertiò. Non po$$unt reuocari ad ens rationis, om-
nia quæ in Dialectica tractantur (quod in $ecunda conditione nece$$a-
rium e$$e diximus) nam ratiocinatio ip$a materialis, affirmatio vnius de
alio, & $imilia: quæ Dialecticus exprofe$$o declarat: priora $unt omni-
bus re$pectibus rationis, quæ in eis re$ultant: $ed $ubiecta realia non re
ducuntur ad formas po$teriores; præ$ertim quando $unt adeò tenues, vt
nullã habeant entitatem, ni$i mente confictam. Quod ita confirmatur.
Si nulla entia rationis re$ultarent ex operationibus intellectus (vt Du-
<mgr>Durandus.</mgr>
randus in 1. di$t. 19. quæ$t. 5. & 6. exi$timauit) adhuc Logica e$$et vera
ars, & de operationibus intellectus traderet ea omnia, quæ nunc edi$$e-
rit, veluti demon$trationem gignere $cientiam: $yllogi$mum Dialectic\~u,

opinionem: propo$itionem vniuer$alem negatiuam cõuerti $impliciter:
affirmatiuam in partem & cæt. Ergo $i Dialecticus entia rationis com-
memorat, haud ea per $e, & tanquàm propriam materiam curat, $ed ex
accidenti: quia illius $ubiecto coniunguntur.</p>
<p>Ad locum Ari$totelis, qui pro $ententia hactenùs improbata in prima
<mgl>Exponitur
locus Ari$t.</mgl>
eius explicatione afferebatur; Re$pondetur illius $en$um non e$$e Me-
taphy$ic\~u agere de ente reali, Dialecticum de ente rationis: $ed vtrum-
que de eodem ente reali; nec enim ex parte entis vllum di$crimen in$i-
nuat, $ed ex parte modi agendi. Quà Metaphy$icus, inquit, ad veritat\~e
di$putat, id e$t, demon$tratiuè, Logicus verò pro vtraque parte ex pro-
babilibus di$$erit. Loquitur verò Philo$ophus eo in loco de Dialectico
vtente, non de docente vt $upra dictum e$t.</p>
<mgl>Soluitur 1.
arg. 2. $ent.</mgl>
<p>Ad primum igitur argumentum, Re$pondetur, quidquid $it de prima
$ubiecti conditione, $ecundam dee$$e enti rationis, vt in argumentis, $e-
cundo & tertio conclu$um e$t. Ad probationem fatemur aliqua entia
rationis à Dialectico explicari: verùm id eatenùs fieri a$$erimus, quate-
nùs, h{ae}c ad di$$erendi modum conducunt. Tertia etiam conditio minùs
aptè probatur. Nam Dialectica non di$tinguitur à $cientijs realibus;
quia non agit de veris rebus: $ed quia ver$atur in $ermone; quem Aucto-
res à rebus di$tinguunt, vt mox dicemus. Item Dialectica non dicitur
rationalis, eò quòd agat de $ermone, hoc enim titulo potiùs appellendæ
e$$ent rationales Grammatica & Rhetorica, $ed quoniam dirigit opera
rationis, quatenùs ratio e$t, nimirùm di$cur$us.</p>
<p>Ad $ecund\~u re$pondemus Dialecticam non excludi à numero reali\~u
<mgl>Soluit. 2. @g</mgl>
quia non agat de vero, & reali ente; nã $ermo internus, de quo præcipuè
di$$erit, res qu{ae}dã e$t: $ed quoniã apud Autores celebre e$t di$crimen in-
ter res $ignificatas, & $ermon\~e $iue $igna, quibus illæ $ignificãtur; & $ci\~e-
tias, quæ in rebus occupantur, reales vocarunt, quæ in $ignis $ermocina
les. O@od non tollit, quin alia ratione $ermo dicatur res, & $ci\~etia, quæ
de ill@ di$putat, realis.</p>

<pb 41><rh>QVÆST. V. ARTIC. II.</rh>
<p>Ad tertium re$pondetur entis rationis con$iderationem ad Metaphy
<mgr>_Soluitur 3._
_arg._</mgr>
$icam pertinere, quatenùs aliam habet cum entereali $imilitudin\~e; iux-
ta illud Rhetoricorum cap. 2. Eiu$dem e$t agere de eo, quod tale e$t, &
quod tale videtur.</p>
<p>Ad quartum concedendum e$t Dialecticam non agere de natura cog
<mgr>_Soluitur 4._
_arg._</mgr>
nitionum $ecundum $e $pectata, $ed quatenùs induit formam di$$erendi.
Negandum tamen e$t hanc formam non e$$e aliã, quàm ens rationis. Nã
in $yllogi$mo, verbi cau$a, duplex forma con$iderari pote$t; prima e$t il-
la collocatio materialis propo$itionum, qua medius terminus $umitur

pro forma in maiori, pro materia in minori, vel è contrario, ex qua re-
$ultant relationes rationis, quæ e$t $ecunda forma. Dicimus ergo Diale-
cticum non curare hanc po$teriorem formam, vtpotè ad illius fin\~e pror
fùs inutilem; fed primam, quæ ad caufandam $cientiam e$tidonea. At\'q ;
ita nihil nobis aduer$atur $ubiuncta probatio ex alijs artibus.</p>
<mgr>_Subiectum_
_artis e$t to-_
_tum artefa_
_ctum._</mgr>
<p>Quanuis in eo non $it v$que qua\'q ; probanda, quòd a$$erit $olam $or-
mam artefacti e$$e $ubiectum artis; cum Ari$toteles 2. Politic. cap. 5. a$-
$erat materiam artis e$$e eam, qu{ae} $upponitur, ex qua aliquid fit. Quibus
verbis ad minimum $ignificat materiam artefactinon e$$e excludendam
à $ubiecto artis, $ed cum forma $imul admittendam, ita vt proprium $ub
iectum $it totum artefactum. Velùti in Mu$ica tota harmonia ex voci-
bus, & di$po$itione: in arte con$iciendi $tatuas, tota $tatua: in Dialectica
verò di$$erendi modus ex propo$itionibus, ac figura conflatus. Quòd $i
Auctores impugnatæ $ententiæ nomine entis rationis intelligãt, non re$
pectus ex operationibus re$últantes, $ed illud artefact\~u materiale, quod
quia ratione perficitur, ens rationis appellant, nihil à no$tra, & vera $\~e-
tentia di$tant, vt articulo $equenti patebit.</p>
<p>Supere$t tertia cla$sis eorum, qui arbitrantur aliquod in$trumentum
<mgr>_Tertia opi-_
_nio defen-_
_denti\~u ens_
_rationis e$-_
_$e $ubiect\~u_
_Dialectic@_</mgr>
$ciendi, ratione confectum, e$$e Dialecticæ $ubiectum: quorum aliqui la-
<mgl>_Scotus._</mgl>
tiùs, alij pre$siùs, quàm par e$t loquuntur. Imprimis quidam apud Scot\~u
in quæ$t. 1. Prædic. a$signant pro $ubiccto omnem intellectus operatio-
nem. Ea forta$sè de cau$a, quia Ari$toteles diui$it Logicam in tres par-
<mgl>_@@rift._</mgl>
tes iuxta tres operationes intellectus, vt initio Prædic. dicemus, $cilicèc
in Prædicamenta: vbi agitur de $implici rerum cognitione; in libros de
Interpretatione: vbi de compo$itione, & diui$ione di$$eritur; & in reli-
quos, qui di$cur$um complectuntur. Auicenna initio $uæ Logicæ, c. 2. &
<mgl>_A<?>uicen._</mgl>
alij Arabes excludunt primam operationem; & ex $ecunda accipiunt $o
<mgl>_Arabes._</mgl>
lam definitionem; ex tertia demon$trationem. Docentigitur $ubiectum
Dialectic{ae} e$$e modum $ciendi propriè accepto $ciendi vocabulo, proùt
$cilicèt continet demon$trationem, & definitionem. Quòd enim hæ tan-
<mgl>_A<?>ri$t._</mgl>
tum operationes veram $cientiam pariant, docuit Ari$toteles lib. 1. Me-
taphy. c. 7. cùm ait omn\~e doctrinam, aut demon$tratione, aut definitione
effici. Quòd verò Dialectica $olum $ciendi modum per $e curet, tradit\~u
credunt ab eodem Ari$totele in 2. Metaphy. cap. 3. cum Dialecticam ap-
pellauit modum $ciendi, nomine $cilicèt $ubiecti arti applicato, & ex eo

o$ten$um putant, quòd $olum $ciendi $tudium Philo$opho dignum $it; nã
opinatio probabilis in quencumque cadit, & exlex e$t.</p>
<p>Certè Albertus Magnus partim latiùs, partim pre$siùs $ubiect\~u a$sig
<mgl>_Alb.Mag._</mgl>
nat, ait nam\'q ; e$$e omnem, & $olam argumentation\~e; quoniam cùm Dia-

<pb 42><rh>QVÆST. PROOEMIAL.</rh>
lectica $it $cientia rationalis, de omni, $olo\'q ue di$cur$u ad{ae}quatè agere
debet. Quod Ari$totelem feci$$e con$tat, cùm in eius libris $ola ar-
gumentatio per $e explicata reperiatur, & reliqui duo modi, diui$io
$cilicèt, & definitio ad illam facilè reducantur. Angu$tiùs adhùc
$entit Scotus quæ$tione tertia in Logicam, vbi vult $olum $yllogi$-
<mgr>_Scotus._</mgr>
mum e$$e materiam Dialecticæ, eò quòd hic tantum nece$$ariò con-
cludat, & cæteras di$$erendi formas ad $ereducat. Omnium angu$ti$-
<mgr>_Simplicius_
_Ammon._
_Philopon._
_Ari$tot._</mgr>
$imè locuti $unt Græci interpretes, Simplicius, Ammonius, Philoponus,
alij\'q ue nonnulli, quibus $ola demon$tratio $ubiectum Dialecticæ e$$e vi-
detur. His fundamentum præbuit Ari$toteles initio 1. Perier. & in fine 2.
Elenchor. priori enim loco promittit $e demon$trationem explicatur\~u;
po$teriori verò totum Dialecticæ opus, qua$i concludens ait $e de $yllo-
gi$mis di$puta$$e, quod Gr{ae}ci pro $ua $ententia de demon$tratione dict\~u
accipiunt. Vt hæ $ententiæ pleniùs refellantur, nece$$e e$t, vt veram, ad
quam proximè accedunt, explicemus; quod articulo $equenti præ$tan-
dum e$t, vbi earum argumenta diluemus.</p>
<h>ARTICVLVS III.</h>
<h it>Di$$erendi modum e$$e Dialecticæ $ubiectum comprobatur.</h>
<p>VERA $ententia, quam Toletus quæ$t. 5. affirmat fui$$e antiquo-
<mgl>_Subiectum_
_Dialecticæ_
_e$t modus_
_di$$erendi._</mgl>
<mgr>_Toletus._</mgr>
rum Philo$ophorum; a$$erit modum di$$erendi e$$e $ubiect\~u Dia-
lecticæ $ecundum $e, & in tota $ua amplitudine $pectatæ, & non
vt ab hoc, aut illo auctore tradita e$t. E$t verò di$$erendi mo-
dus oratio, qua ex notis ignotum aliquid aperitur: cuius tres $unt par-
<mgl>_Definitur_
_modus di$-_
_$erendi._</mgl>
tes, videlicet Diui$io, Definitio, & Argumentatio: iuxta numerum eor\~u,
quæ de re quapiam $ciri po$$unt; non plura enim quàm tria de quouis
obiecto cogno$cimus, nimirùm e$$entiam, eius partes, & aftectiones. E$-
$entiam aperit definitio: partes diui$io: affectiones deni\'q ue & acciden-
<mgr>_Scotus._</mgr>
tia argumentatio. Hanc opinionem proculdubio $ecutus e$t Scotus.
<mgl>_Propugna_

_tores buius_
_$ententiæ._</mgl>
1. Prior. quæ$t. 2. quanuis appellet modum $ciendi: $ed latè verbum $ci\~e-
diaccipit, vt ex illius verbis colligitur; In eandem, vel inuitus, incidit
<mgr>_Ægyd._
_Roman._
_D. Fon$ec._
_Mirãndul._</mgr>
Ægydius Roman. eodem loco. Inter Recentiores luculenter eam tradit
Fon$eca libr. 2. Metaphy$. cap. 3. q. 1. $ect. 5. Mirandulanus in procœmio
$u{ae} Logicæ, & lib. 2. Apologiæ $ect. 5. Dixi modum di$$erendi e$$e $ubie-
ctum Logicæ $pectatæ, $ecundum $e, & in toto $uo ambitu; quia $i loqua-
mur de Logica proùt tradita e$t ab Ari$totele: vel de $ubiecto illius prin
cipali, non verò de adæquato; non e$t dubium quin rectè $en$erint Alber
<mgr>_Albert._
_Scotus._</mgr>
tus, & Scotus, qui argumentationem, vel $yllogi$mum pro $ubiecto $ta-
tuerunt.</p>
<p>Porrò totius Dialecticæ adæquatum $ubiectum e$$e modum di$$eren-
<mgl>_Probatur_
_a$$ertio rd<?>_
_tionib._
_Ratio. 1._</mgl>
di ex duplici capite probari pote$t; primò ex communi ratione $ubiecti:
$ecundò ex propria ratione artis practicæ. Prima ratio $ic habet. In mo-
do di$$erendi $unt tres illæ conditiones adæquato $ubiecto nece$$ariæ;
ergo hoc e$t Dialecticæ $ubiectum. Antecedens probatur; nam di$$eren-
di modus e$t vnum quid ordine, & definitione quodammodò vna expli-
cari pote$t, non $ecùs ac domus, & exercitus: de quibus $unt propri{ae} ar-

<pb 43><rh>QVÆST. V. ARTICVL. III.</rh>
tes. Deinde nihil docet Dialecticus (modò $uis finibus cõcludatur) quod
non $it di$$erendi modus, vt diui$io, definitio, & argumentatio; vel eius
pars, vt propo$itio, & terminus, vel ad ip$um referatur, vt prædicamen-
tum, &c. Deni\'q ue per hoc $ubiectum per$picuè differt à c{ae}teris artibus
Dialectica; enim verò vt hæc $ola ad rationis vitia emendanda inuenta
e$t, ita ea tantùm elaborat, vt in$trumenta ad rectè, & emendatè cogno$
cendum accommodata perficiat: quod nulla alia procurat; licèt enim
Grammatica, & Rhetorica, circa Orationem etiam occupentur, duplici
tamen titulo in hoc ip$o à Dialectica di$tinguuntur. Primò quòd Gram-
matica con$iderat Orationem, vt correctam & emendatam: Rhetorica
vt comptam & ornatã: Dialectica, vt vim habet ignotum ex notioribus
declarandi. Secundò. Quoniam Grammatica, & Rhetorica præcipuè
ver$atur in oratione externa, Dialectica in interna.</p>
<p>Secunda ratio. Materia artis practicæ, ex illius fine optimè depreh\~e-
<mgr>_Ratio. 2._</mgr>
ditur: $ed finis Dialecticæ communi omnium con$en$u e$t docere, quo
pacto di$$erendum $it; ergo eius materia $ubiecta erunt ip$æ di$$erendi
formæ. Maior probatur. Finis artis e$t effectio alicuius operis: fed natu-
ra cuiu$\'q ue effectionis de$umitur ex opere, quod per eam fi  t, velùti ex

proprio termino, vt in Philo$ophia recepti$sim\~u e$t; ergo rectè $equitur
à po$teriori talem e$$e materiam artis, qualis e$t eius finis; quare $i Dia-
lecticæ finis e$t confectio modorum di$$erendi, ambigi non pote$t ip$os
modos elaboratos e$$e propriam illius materiam: $icut ex eo quòd ars
Ædifi catoria in ædificationem, tanquam in proprium finem incumbat,
probè concluditur eius materiam circa quam, e$$e ip$um ædificium.</p>
<p>Hinc facile e$t omnes opiniones tertiæ cla$sis refutare; & imprimis
<mgr>_Refutãtur_
_contrariæ_
_opinionis._</mgr>
eam, quæ omnes intellectus operationes pro $ubiecto con$tituebat. Nã
prima, & $ecunda, quæ diui$iones, & definitiones non $unt, carent illa ef-
ficacitate aperiendi ignotum ex notioribus, quam $olã Dialectica $cru-
tatur; ergo non $unt eius materia, $ed eatenùs ab illa tractantur, quate-
nùs ad fabricam modor\~u di$$erendi conducunt. Nec Ari$toteles prop-
<mgr>_Explicatur_
_Ari$totel._</mgr>
tereà partitus e$t Dialecticam tractationem iuxta numerum operatio-
num intellectus, quòd $ingul{ae} per $e induant rationem partialis $ubiecti:
$ed quoniam $unt partes, & principia, ex quibus $ubiectum integratur,
quæ oportuit explicatè propo$ui$$e. Quo $atisfactum e$t illius $ententiæ
fundamento.</p>
<p>Oppones. Dialectica inuenta e$t, vt $æpè confe$si $umus, ad vitia, quæ
<mgr>_Obiectitur._</mgr>
inter cogno$cendum obrepere $olent, aufer\~eda: $ed mens non $olum er-
rat, cùm di$currit, $ed etiam cùm $impliciter apprehendit, vel componit
& diuidit; ergo non $olus di$cur$us, $ed prima etiam, & $ecunda operatio
$ub eius obiectum per $e cadunt, præ$ertim cum nulla alia $cientia de-
tur, cui hæc cura demandata $it. Re$pondetur maiorem, loquendo per
$e, e$$e veram de illis vitijs, quæ accidunt rationi, quatenùs ratio e$t, $eu
<mgr>_Occurritur_</mgr>
proùt ex notis ad ignota procedit; nam Dialectica inuenta e$t ad $uppl\~e
dum illud, quo ab Angelis $uperamur: cuius defectus præcipuè cernitur
in progre$$u ex vna cognitione ad aliam (Nam Angelus omnia $imul cog
no$cit) cum autem hic progre$$us non cernatur in quàuis prima, & $ec\~u-
da operatione, fit vt non omnes a$signandæ $int pro $ubiecto Dialecti-
cæ. Quare ad minorem dicendum e$t falli quidem mentem in ap@rehen-

<pb 44><rh>QVÆST. PROOEMIALIVM.</rh>
$ione, & iudicio: $ed huius crroris emendationem non cadere $ub pote-
$tatem Dialecticæ per $e, $ed cius $cientiæ, cuius e$t materia, quæ cog-
no$citur aut iudicatur. Dixi [ab$olutè loquendo] quoniam negari nõ
pote$t Dialecticam, dum ad proprium obiectum efficiendum pergit è ve
$tigio emendare vitia primæ, & $ecundæ opinionis, quatenùs ad eã per-
tinent, & ad proprium $ubiectum conducunt.</p>
<p>Faciliùs refutantur aliæ $ententiæ, quæ in vno vel altero tantùm di$-
$erendi modo $ubiect\~u collocant; omnis enim di$$erendi forma, quæ per
$e vim habet aperiendi ignotum ex notioribus, participat ration\~e $ub-
iecti huius artis: $ed ita $e habent præter argumentationem diui$io, &
definitio; ergo $unt partialia $ubiecta. Probatur minor. Quia diui$ro, &

definitio diuer$o penitus modo tum ab$e inuicem, tum ab argumenta-
tione ignotum aperiunt, idque omnino independenter, & à $e mutuò, &
ab argumentatione, vt earum naturam con$ideranti e$t manife$tum; er-
go immeritò a$$eueratur vel $ola demon$tratio, aut per $e, aut $imul c\~u
definitione: vel $yllogi$mus, aut argumentatio e$$e huius artis $ubiect\~u.
Nec confirmationes ibidem additæ quicquam probant. Quoniam Ari$-
<mgl>_Exponun-_
_tur loca. A-_
_ri$t._</mgl>
toteles in 1. Metaph. cap. 7. præcipuos tãtum cogno$cendi modos nume
rauit: quos fatemur e$$e demon$trationem, & definitionem; id tam\~e nó
efficit, quominùs $int alij. Quos eo loco ideo omi$it, quia hanc rem ex
profe$$o non declarabat. In libro autem $ecundo, quid nomine modi $ci
endi intelligat, iam explicauimus. Ad confirmationem pro eàdem Aui
c\~enæ $ententia concedendum e$t $olum $tudium $ciendi dignum e$$e Phi
lo$opho; negandum verò de $olo di$$erendi modo, quo $cientia compa-
ratur, haberi po$$e $cientiam. Habetur enim de quouis alio modo, quo
aliquam veritatem aut certò, aut probabiliter inue$tigamus: $iquidem
hoc ip$um $cire po$$umus, quòd talis modus probabilem notitiã pariat.</p>
<p>Confirmatio $ententiæ Alberti, Scoti, & Græcorum $olùm probat Dia
lecticam ab Ari$totele in libris, qui ad nos peruenerunt explicatam ha
bere pro $ubiecto adæquato $olam argumentationem, vel præcipuã eius
partem, nempe $yllogi$mum; hanc enim tantùm ex profe$$o tradit Ari$-
toteles, vt idem Albertus loco $uprà citato, & Ægydius initio Prædic-
<mgr>_Albert._
_Ægyd._</mgr>
annotarunt. Quòd $i de Logica $ecundum $e $pectata loquamur, & illius
$ubiectum non totale, $ed præcipuum tantùm con$ideremus; dicendum
etiam erit hoc e$$e argumentationem, vel $yllogi$mum, qui inter omnes
di$$erendi formas obtinet principatum. Quemadmodum quia _D_eus e$t
præ$tanti$simum omnium entium, quæ in Metaphy$. pertractantur, di-
citur illius $ubiectum primarium.</p>
<h>ARTICVLVS IIII.</h>
<h it>Aliquæ obiectiones contra $uperiorem doctrinam diluuntur.</h>
<p>VT qu{ae} hactenus de $ubiecto Dialecticæ tradita $\~ut, mani$e$tiora
<mgl>_Prima ob-_
_iectio._</mgl>
euadant, ita licet primò obijcere. Subiectum cuiu$que di$cipli
næ debet e$$e prius, $altem quàm ip$a; $ed modus di$$erendi e$t
po$terior Dialectica; ergo non e$t illius obiectum. Maior pro-
batur. Nam $cientia $umit $peciem & di$tinctionem à $uo $ubiecto: vt

<pb 45><rh>QVÆSTIO V. ART. IIII.</rh>
docet Ari$toteles lib. 1. Po$t.cap.23.& Plato in Dial. de furore poetico:
<mgl>Ari$tot.
Plato.</mgl>
id autem, quod $peciem & di$tinctioné alicui præbet, cum munere cau-
$æ fungatur, prius e$$e debet eo, cui id præ$tat. Minor con$tat. Quia mo
dus di$$erendi e$t quoddam artefactum quod præ$upponit regulas artis,
ab ip$a\'q ue perfi citur.</p>

<p>Secundò. Id cen$etur proprium artis $ubiectum, quod ab ea tantùm
<mgr>Obiectio 2</mgr>
fit, vt videre e$t in domo re$pectu Ædificatoriæ, & in cathedra compa-
ratione Lignariæ: $ed præcipui di$$erendi modinon perficiuntur à Dia-
lectica, $ed ab alijs $cientijs. Diximus enim demon$trationes, definitio-
nes, & diui$iones in materia nece$$aria aliarum $cientiarum, non fieri à
Dialectico, $ed ab earum artificibus; ergo di$$erendi modus non e$t pro
prium Dialecticæ $ubiectum.</p>
<p>Tertiò. In oratione, qua ex notis ad ignota, progredimur, nihil e$t
<mgr>Obiectio 3.</mgr>
præter conceptus materiales, & illorum $ignificationem, atque ordiné:
$ed Dialectica nullum horum con$iderat; ergo nihil $upere$t, quod ma-
teria Dialecticæ $it, & di$$erendi modus appelletur. Maior, & con$equé-
tia patent. Minor probatur. Conceptus $unt naturales qualitates, de
quibus agit Phy$icus: $ignificatio, & ordo $unt entia rationis, quæ non
$unt materia Dialecticæ ergo aliud $ubiectum quærendum e$t. Confir-
matur. Quia ex conceptibus in formam di$$erendi compo$itis non re$ul-
tat aliqua pa$sio realis, quæ à _D_ialectica demon$trari po$sit. Quod ta-
men opus erat, vt conceptus $ic di$po$iti $ubiecti locum obtinerent.</p>
<p>Ad hæc ita re$pondendum e$t, ad primum: $ubiectum artis e$$e prius
<mgr>Satisfit pri-
me obiectio
ni.</mgr>
natura, quàm artem in genere cau$æ formalis externæ, in genere tamen
efficientis e$$e po$terius, vt omnia alia obiecta artium practicarum. Il-
la verò prioritas cau$æ externæ $atis e$t, vt $ubiectum $cientiæ præbeat
$peciem, & di$tinctionem, quanuis ab eàdem $cientia exi$tentia accipi-
at: vt videre e$t in potentijs; nam communi Philo$ophorum con$en$u-
potentia immediatè $ortitur e$$entiam, & $peciem ab actu, qui ab eàdé
potentia producitur.</p>
<p>Ad $ecundum conce$$a Maiori, di$tinguenda e$t Minor. Si enim velit
<mgr>Satisfit 2. ob
iectioni.</mgr>
modos di$$erendi in materia nece$$aria aliarum $cientiarum ita ab ip$is
fieri, vt in eorum confectione non vtantur habitu _D_ialecticæ, neganda
e$t. Nam quòd $yllogi$mus, vel definitio entis naturalis, verbi cau$a, re-
ctè di$ponatur, non prouenit ex $olo habitu phy$ico, $ed etiam ex Diale-
ctico; quod $atis e$t, vt $ubiectum artis ab ea fieri dicatur. Sin vult præ-
dictam demon$trationem, vel definitionem, à $ola Phy$iologia ab$olui,
neganda e$t. Quod enim $upra diximus formas di$$erandi in materia ne
ce$$aria aliarum $cientiarum, e$$e illarum proprias, non tollit quò mi-
nùs habitu etiam Dialecticæ perficiantur; $ed quia materia e$t determi-
nata. & præ$tat formæ, ideo totú in ea materia di$$erendi v$um alijs $cié
tijs a$signamus.</p>
<p>Ad tertium re$pondent aliqui in Oratione aperiente ignotum per no
<mgr>Quo pacto
quidam $ol-
uant 3. obie
ctionem.</mgr>
tius reperiri, præter ibi commentata, modum quendam realem ex có-

ceptuum ordine re$ultantem, quem Dialecticus vt proprium $ubiectum
con$iderat; & modum di$$erendi, id e$t formæ, qua di$$erimus, appellat.
Cæterùm id fictitium e$t. Quoniam ille modus vel e$$et in tota oratione,
vel in $ingulis eius partibus: non primum; quia ratio tertiæ $altem ope-

<pb 46><rh>QVÆSTIONVM PROOEMIALIVM.</rh>
rationis, e$t aggregatum plurium qualitatum, in quibus vnus tantum
modus e$$e non pote$t. Non $ecundum. Quoniam $i in $ingulis conceptus
e$$et $uus modus, iam $inguli e$$ent modus di$$erendi. Quod e$t ab$urdú.
Præterea. Nece$$arium non e$t ad $aluandam communem locutioné, vel
rei veritatem illum modum inuehere; $iquidem Ari$toteles in 2. Meta-
<mgr>Ariftoc<?>.</mgr>
phy$. cap. 3. appellauit Dialecticam modum $ciendi, non propter aliqué
modum $uperadditum;ita ergo po$$umus vocare $ubiectum modum di$-
$erendi, hoc e$t rationem, & viam ad notiora progrediendi. Item quid-
quid præ$tare pote$t ille modus, efficiunt conceptus per $e, ergo & cæt.</p>
<p>Re$pondendum igitur e$t ad argumentum, verum quidem e$$e Diale-
<mgl>Satisfit ob-
iectioni.</mgl>
cticam non agere de natura conceptuum, nec de illorum $ignificatione,
vel ordine formali, qui e$t re$pectus rationis: agere tamen de ordine fun
damentali; hoc e$t de illo artefacto ex conceptibus, in quo reperitur vis
aperiendi ignotum ex notioribus. Quo pacto medicus, quà medicus e$t,
nec agit de natura humorum, nec de relatione proportionis, quæ inter
ip$os cernitur; & tamen agit de $anitate, hoc e$t, de proportione funda-
mentali, qua $ibi humores accommodatè corre$pondent. Itaque cùm
Dialecticus in definitione ver$atur, non con$iderat materiam, vel $igni-
ficationem conceptuum generis, & differentiæ, quibus có$tat: $ed o$té-
dit definitionem e$$e artefactum ad e$$entiæ penetrationem idone\~u. Ad
confirmationem, re$pondetur exmodo di$$erendi re$ultare pa$sionem
realem, virtutem $cilicèt aperiendi ignotú ex notioribus; quæ non actu,
$ed virtute à $ubiecto di$tinguitur. Quod $atis e$$e ad veram $cientiam
etiam realem, in principio Po$terior. o$tendemus.</p>
<h it>QVÆSTIO VI.</h>
<h it>Sit ne Dialectica ad alias di$ciplinas cape$$endas nece$$aria, an non?</h>
<h>ARTICVLVS I.</h>
<h it>Difputatur quæ$tio in v<?>tramque partem.</h>
<p>DIALECTICAM omnibus di$ciplinis comparan-
dis nece$$ariam e$$e ab$que a<?>ntiquorum, & recentiorú
Sapientum, ab$que aliarum $cientiarum, & ip$rus Dia
lecticæ iniuria defendi non po$$e, ita qui$piam $uade-
<mgl>Ratio 1. pro
parte nega-
tiua.</mgl>
bit. Primò. Multi ante inuentam Dialecticam in om-
ni genere $cientiæ docti extiterunt; & nunc etiam mul
ti ab$que eius ope eruditi$simi exi$tunt; non e$t igitur
omnibus di$ciplinis nece$$aria. Antecedens ex eo probatur, quia Ægy-
ptij, & Hebræi antiquiores Zenone Eleate, qui primus Dialecticam in-
ueni$$e perhibetur, in Mathematicis excelluerunt Tales Mile$ius, & alij

ex Græcis in Moralibus, & Naturalibus in$ignes fuere. Hippocrates, cui
tanta fuit medicinæ peritia, vt vulgo crederetur Æ$culapio prognatus,
Logicam ignora$$e fertur, & tamen extitit medicorum princeps. Nunc
verò perquàmmulti non $olùm vtriu$que iuris prudentiam, $ed Mathe-
maticas etiam $ine Dialecticæ præ$idio cumlaude profitentur.</p>

<pb 47><rh>QVÆSTIO VI. ART. I.</rh>
<p>Secundo. Si Dialectica e$$et alijs $cientijs nece$$aria, nulla $ibi $uffice-
<mgr>Ratio. 2.</mgr>
ret, nulla proprium di$$erendi v$um haberet; propter modos enim di$$e-
<mgl>Ari$tot.</mgl>
rendi maximè nece$$aria creditur Dialectica: nos autem a$$eruimus in
$ingulis di$ciplinis e$$e aliquem di$$erendi v$um illis proprium; non e$t
igitur tantopere nece$$aria Dialectica.</p>
<p>Tettiò. Si ita e$$et, ante omnes alias $cientias præmittenda foret Dia
<mgr>Ratio. 3.</mgr>
lectica: id verò admittendum non e$$e con$tat ex doctrina Philo$ophi, 5.
Metaphy$. cap. I. vbi ait in tradendis artibus à facilioribus, & manife$tio
ribus in cipiendum: Dialecticam verò multò e$$e difficiliorem, quàm re-
liquas docet D. Thomas Opu$c. 70. quæ$t. 6. art. I. Et ratione confirma-
<mgl>D. Thom.</mgl>
tur. Quia agit de rebus à $en$u remoti$simis, quæ difficiliùs cogno$cun
tur. E$$e autem ob$curiorem docet v$us, tempore Platonis receptus, c\~u
Dialectica non ni$i po$t Mathematicas docebatur. Imò Plato ip$e in 7. de
<mgl>Plato.</mgl>
Repub. præcipit, vt triginta annos nati duntaxat Dialecticas argumen-
tationes cautè degu$tent. Quod $i aliæ $cientiæ Dialecticam $ibi præfer
ri patiantur, Metaphy$ica tam grauem iniuriam non feret. Enim verò
cum omnium $cientiarum principia à Metaphy$ica explicentur, $i ali-
cuius $cientiæ traditio ad Metaphy$icam requiratur, erunt illæ $cientiæ
à $e mutuò dependentes. Quod ab$urdum videtur. Et in Dialectica pecu
liarem habet difficultatem. Hæc enim quid $it definitio, quid diui$io, &
argumentatio ex profe$$o declarat: id autem præ$tare nequit, ni$i acce-
pta à Metaphy$ica horum cognitione; nam definitio explicat e$$entiam:
diui$io di$tinctionem: argumentatio verò, vt recta $it, præ$upponit noti-
tiam horum principior\~u, quibus innititur. [Quæ $unt eadem vni tertio,
$unt eadem inter fe] [Non pote$t idem de eodem $imul affirmari, & nega-
ri] vt $uo loco dicemus. At qui horum tractatio, & explicatio e$t Meta-
phy$icæ; ergo fieri non pote$t, vt Logica ante illam præmittenda $it.</p>
<p>Quartò. Si Dialecticæ vtilitas ad omnes veras $cientias $e extendit,
<mgr>Ratio. 4.</mgr>
nece$$e e$t vnum è duobus fateamur, autidem $e ip$o prius, $ui in$tru-
mentum, ac magi$trum e$$e: aut Dialecticam non e$$e veram $cientiam,
quandò aliarum iura nõ $ubit. Quod e$t non modò antiquis Philo$ophis,
& omnibus di$ciplinis, $ed $ibi quoque iniuriam e$$e.</p>
<p>Po$tremò. Id quod inutile, & noxium e$t, non pote$t e$$e nece$$arium
ad bonum aliquid obtinendum: atqùi Dialectica e$t inutilis, ac pler\~u\'q ;
nocet; non e$t igitur nece$$aria ad $cientias, quæ excellens quoddam bo
num $unt, comparandas. Minor probatur primò. Quia multitudine pr{ae}
ceptorum magis obruitur mens, quàm iuuatur. Quò $pectat illud D. Au

<mgl>D. Aug.</mgl>
gu$tini libro 2. doct. chri$t. c. 37. Si qui$piam dare volens præcepta deam
<mgr>Qui Patres
Dialecticã
e$$e inutilé
videantur a
$truere: imò
pernicio$a.</mgr>
bulandi, moneat non e$$e cuique leuandum pedem po$teriorem, ni$i c\~u
po$uerit priorem, & cæt. Vera dicit, nec aliter ambulari pote$t; $ed faci-
liùs homines hoc faciendo ambulant, quàm animaduertunt, cùm faci\~ut,
aut intelligunt, cùm audiunt: qui autem ambulare non po$$unt, multò mi
nùs ea curant, quæ nec experiendo po$$unt attendere. Itaque plerunque
citiùs videt ingenio$us non e$$e ratã conclu$ionem, quàm præcepta eius
capit: tardus autem non eam videt, $ed multò minùs quod de illa præci-
pitur, magis\'q ue in his omnibus ip$a $pectacula veritatis $æpe delectant,
quàm ex eis in di$putando, aut iudicando adiuuamur. Hæc Augu$tinus.
<mgl>D. Aug.
Orgen.</mgl>
Non di$similia Origenes Homil. 2. in Exod. vbi comparat Dialecticam

<pb 48><rh>QVÆSTIONVM PROOEMIALIVM.</rh>
cum plaga cyniphum, qua vexati fuerunt A Egyptij. Tertullianus etiã lib.
de præ$cript. aduer$us hæreticos cap. 7. In$erunt, inquit, Ari$totelem,
qui illisDialecticam in$tituit, artificem $truendi, & de$truendi ver$ipeil\~e,
ìn $ententijs coactam, in coniecturis duram, in argumentis operatoriã
contentionum, mole$tam etiam $ibi ip$i omnia retractantem, ne quid
ominino tractauerit. Mitto plures aliorum Patrum $ent\~etias, quibus ma-
nife$tè o$tendunt Dialecticam non modò vtilem non e$$e ad cape$$endas
di$ciplinas, $ed etiam pernicio$am.</p>
<p>Alij contrà Dialecticæ $tudium alijs formandis di$ciplinis adeò nece$-
<mgl>Quæ $tent
pro parte af
firmatiua.</mgl>
$arium cen$uerunt, vt ne vnam quidem veritatem $ine Dialecticæ præ$i-
dio comprehendi po$$e crediderint. Quod Iamblicus Epi$tola ad Sopa-
<mgr>Iamblicus.</mgr>
trum qua$i de communi con$en$u $ic exprimit. Nulla Philo$ophiæ pars
ab$que _Dialectica_ ratione comparatur. Hoc ip$um multis, & præclaris
<mgl>Dialectic{ae}
encomia.</mgl>
eiu$dem artis encomijs plerique tradiderunt. A quibu$dam enim dicitur
examen, & libra veritatis. Ab alijs formatrix Sapientiæ, regula, & men$u
ra artium, Clypeus di$ciplinarum, mundi rationalis, ide$t, humanæ m\~etis
$ol, rationis oculus, $cientia ordinis, clauis aurea, $cientia $cientiarum.
Quæ omnia huius artis, non modò nobilitatem, $ed ad alias $cientias ac-
<mgl>Autoresqui
Logicæ ne-
ce$sitat\~e ad
$cientias cõ

parãdas ex-
aggerant.</mgl>
quirendas nece$sitatem apertè declarant. Hanc luculenter commendãt,
Plato in Phædro, & Parmenide, Ari$toteles in I. Po$ter. cap. 2. & I. Topic.
<mgr>Plato.
Ari$tot.
Tullius.
Quintilia@.
Stoici.
D. Augu$t.
Clem. Alex
Philc. Iud.</mgr>
cap. 2. Cicero lib. 5. Tu$cul. quæ$t. de perfecto oratore, & 2. ac. 3. de finib.
Quintilianus lib. 2. cap. 12. Stoici apud Laertium in Zenone Cittico. D. Au
gu$t. lib. 2. de ordine cap. I 3. & 2. de doct. chri$t. cap. 36. & lib. 3. contraAca
demicos, Clem\~es Alexãd. lib. 6. Strom. Philo Iud. in lib. de Agricult. & alij
permulti.</p>
<p>Huius $ententiæ fundamentum e$t. Ad veram cuiu$que rei $cientiam
comparandam duo requiruntur certitudo, $eu immutabilitas ex parte
<mgl>Fundamen-
sum partis
affirmatiuæ</mgl>
rei, & firmitas ex parte potentiæ. Vtrunuis enim horum de$it, $cientia
claudicabit, $i vel res nece$$aria non $it, vel potentia in cognitione vacil
let; vt initio Po$ter. o$tendemus. Sed quemadmodum certitudo rei ab
eiu$dem nece$sitate dependet, ita firmitas intellectus à cognitione eius
di$cur$us, quo in $cientia perdi$cenda vtitur; $i enim mens certa non $it
bonam di$currendi formam $e adhibui$$e, incerta erit de ip$ius notitiæ
veritate. Cum igitur iudicium de bonitate di$cur$us $it proprium Diale-
cticæ, negari non pote$t hanc ad omnem veritatem $ine periculo erroris
con$equendam omnino requiri.</p>
<h>ARTICVLVS. II.</h>
<h it>Re$oluitur quæ$tio, & $atisfit argumentis, quatenùs re$o-
lutioni aduer$antur.</h>
<mgl>Tria aduer-
tuntur.
Prim\~u. Du-
pliciter ali-
quid e$t ne-
ce$$ari\~u, $im
pliciter, vel
ex $uppo$i-
tione.</mgl>
<p>ANTEQVAM propo$itæ quæ$tioni re$põdeamus, tria aduert\~e-
da $uut. Primum, duobus modis aliquid e$$e nece$$arium. Vno
$impliciter, & non habita ratione alterius; quo pacto nece$$arius
e$t $olus Deus, qui cum per $e nece$$ariò exi$tat, à nullo depen-
det. Al@rò ex $uppo$itione alicuiu@ cau$æ, propter quam aliquid nece$-